J. P. Pointe D. M.

SCD Lyon 1



SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

Pointe d'...

SCD Lyon 1

37.171

AVREOLI

THEOPHRASTI PARACELSI

Archidoxorum,

Seu de Secretis Naturæ mysteriis, libri decem.

Quibus nunc accesserunt Libri duo, vnus de MERCVRIIS METALLORVM, *alter de* QVINTA ESSENTIA. MANVALIA *item duo, quorum prius Chemicorum verus thesaurus, posterius præstantium Medicorum experientiis refertum est: ex ipsius Paracelsi autographo.*

Cum INDICE Rerum & verborum ditissimo.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

BASILEAE,
PER PETRVM PERNAM.
M. D. LXXXII

BIBLIOTHÈQUE LYON UNIVERSITAIRE
SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

TYPOGRAPHVS BENEVOLO LECTORI S.

THEOPHRASTVM PARACELSVM, *beneuole Lector, nõ est quod tibi pluribus cõmendem. Quippe qui, bonorum iudicio, sic in intima naturæ viscera penitus introierit, metallorum stirpiumq; vires & facultates tam incredibili ingenij acumine explorârit ac peruiderit, ad morbos deniq; desperatos, & hominum non tantũ vulgarium, sed etiam doctissimorum Medicorum opinione insanabiles, percurandum, huiusmodi arcana attulerit, vt cum ipso Theophrasto medicina nata primùm perfectaq; esse videatur. De horum opusculorum aditione tantum quædã eloquar. Cùm itaq; multa cùm ab ipso Paracelso, tum ab alijs clarissimis viris, de Quinto esse rerum earum, quæ tum in terræ visceribus latent abdita, tum è terra hinc inde pullulando crescunt; nempe metallorum, salium, succorum, lapidũ, arborum, herbarum, radicum, quadrupedum, piscium, & reliquorum animalium, &c. scripta comperissem, (siquidem vini essentiam in omnibus ferè morbis præsens esse remedium, quiq; Medici doctissimi affirmant, quod etiam publicis scriptis vitriolo, antimonio, et alijs tris*

SCD Lyon 1

buunt.) pauca autem adhuc cernere licuisset, quæ vnà dilucidè indicarent, qua ratione modóue quintum illud esse posit ex rebus dictis extrahi, quò non solùm spes aliqua, inesse scil: eiusmodi quintũ aliquod Esse rebus, humano generi relinqueretur, sed etiã eiusmodi cõmodi essentialis illustre ac laudabile corpus hominis posse fieri particeps: Authoris huius, Aurelij, in quã, Theophrasti Paracelsi opera quæcunq; quã studiosissimè, neque tamẽ sine rei familiaris iactura, quæsiui. Postquàm ergo multa eaq; præclara Theophrasti, vt eiusdem authoris studiosis quibusq; constat, opera luci dedissem, in eodemq; studio pertinaciter pergerem, repperi tãdem cum alijs quibusdam Libellum (siquidem verba spectes, opus verò peramplum & egregium si rẽ cõsideres) de QVINTA ESSENTIA. In quo, quantũ ego quidẽ assequor, plenissimè docet ac ostendit, non solùm quintam essentiam in rebus omnibus infixam hærere ac habitare: sed insuper quoque oculariter demõstrat, qua ratione ea non solùm è metallis, lapidibus, salibus, succis, &c. verùm etiam è radicibus, herbis, animalibus, omnibusq; reliquis rebus quæ vspiam à rerum conditore cõditæ sunt extrahi & educi debeat.

Cùm autem res essentiales ac creatæ omnes in se contineant aquam, oleum & sal, eaq; maxima

SCD Lyon 1

xima sit difficultatis interdum à se mutuò distinguere, vt in oleo Iuniperino, in quo licet oleum ab aqua, quæ grauior aliquantò est, separetur facile, sal tamẽ quod omnium est pretiosissimum, veraq; Iuniperi quinta essentia, nemo ferè hactenus seiũgere potuerit: Ex sulphure rursus neque aqua neq; sal, sed oleum tantùm prodeat, latitent tamen sub eo oleo & sal & aqua abscondita, adeò vt nec oleum, nisi ob eo prius aqua & sal seiungantur ac separentur, dici queat: Metallica deniq; crescentia, vt sunt aurum, argentum, ferrum, plumbum, stãnum, cuprum, item arsenicum, carbunculus, amethystus, &c. ac aly postremò lapides, vt tegulæ, aliæq; res innumeræ inuentæ sint, in quib. vis non exigua ad conseruandum humani generis sanitatem deprehenduntur, dummodò debitè præparentur: (Quis enim non admiretur oleum spiritusq; Vitrioli, Mercurij, Antimonij, Auri ac reliquorum eiusdem generis?) non temerè nobis, imò peropportunè adiecisse videmur MANVALIA duo ex autographo ipsius Paracelsi desumpta, quorum alterum nõ immerito Thesaurus Chemicorũ inscribitur, & ad præparationes prædictorum aliorúmque medicamentorum nõ parum momenti adfert: alterum, etiam ex autographo eiusdem, refertũ est præstantium Medicorum receptis.

SCD Lyon 1

Occurrũt aũt voces quædã insolentiores, quarũ interpretationẽ etiã adiecimus. Notas verò quasdam, vtpote breues lineas per se mutuo ductas, cùm etiam ab alijs adiuti earum significationem diuinare non possemus, neq; breuitas temporis eas ad viuum exscindi passa sit, hac vice per ciphras repræsentauimus. vt vbi tres lineæ per se mutuò ductæ erant, reposuimus 3. vbi quatuor 4. &c. in quarum cognitionem si quando deuenerimus, Lectorem nihil celabimus.

Offerimus tibi præterea, candide Lector, in hoc opusculo Libellum eiusdem Theophrasti de MERCVRIIS METALLORVM, cuius præstantiam ac vsum Philosophis & Spagiris decantandum relinquo, ne hoc quis in me forsan iure conijciat, Sutor vltra crepidam.

Postremò quod primò fortè dictum oportuit, cùm ab hinc aliquot annis ARCHIDOXORVM libros, cùm alijs quibusdam tibi exhibuissem, eosq; tibi rursus recognitos ac ferè de nouo conuersos, quippe quos à te tam hilari lætaq; fronte susceptos animaduerterem, exhibere vellem, his prædictis opusculis anteà nunquam editis, cùm propter argumenti similitudinem quam habent cum libro de QVINTA ESSENTIA, tum alias ob causas, maximè verò propter eorundem præstantiam, ob quam

non

SCD Lyon 1

non immeritò Archidoxa nominantur, coniungere ac præponere volui. Hi siquidem libri nos in arcana Naturæ introducunt, morbos quasi digito demonstrant, ac remedia subtilissima ac perfectissima, quæ morbos omnino tollunt, ostendunt ac præparare docent. Quid enim de Renouatione & Restauratione dicam? quid de Separationibus elementorum, de Arcanis, Magisteriis, Elixiribus, quid deniq; de formis specificis? quarum vnus scrupulus plus præstat, quàm cum sua materia integrum pondo. Longum foret omnia recensere, ac tibi, beneuole Lector, haud dubiè molestum. Tu itaq; ipse cognosce & fruere, nostrumq; laborem boni consule. Nos interim neque labori neq; sumptibus vllis parcemus, quò vel his similibus, aut alijs quibuscunq; tua studia promoueamus.

Vale.

SCD Lyon 1

RERVM ET VERBORVM IN HOC OPVSCVlo maximè memorabilium Index.

A

Ablatio vera 338
Ablatio bona, stabilis in igne & in examinatione plumbi 214
Adam expertus medicus 17 *multi eius coætanei qui non peruenerunt ad ipsius ætatem* ibid.
contra Adustionem ignis 386
Æris ablatio 260
Aer sui infectione potest interficere 156
Aeris separatio 48
Æstimationis potentia 161
per Æstimationes & imaginationes implentur multæ superstitiones 170
remedium ibid.
Ætates in homine tres 147 *prima quæ, ibidem media quæ* 148 *postrema quæ* ibid.
ad Album & rubeum 220
multiplicatio eiusdē 221
aliud ad idem 222
Alcali quomodo fiat 287
purgat leprosum Mercurium in optimum argentum 18 *tartari magisteria & essentiæ renouant & restaurant* 21
Alimentum internum ad corporis humani sustentationem non sufficeret, nisi ipsum externo modo ab elementis traheret 8
in Alpibus vaccæ cur æstate tota facile absq; potu viuant 8
contra Alopeciam 381
Anima vegetatiua à seipsa currit 7 *nihil ipsa in toto corpore facilius accendi potest ibid. similis igni cooperto ac suffocato, qui simul ac aerem habet erumpit* ibid.
Anodinum specificū quid & eius exemplum 114
Antimonium mundat corpus perinde atq; aurum 21
Antimonij quinta essentia curat leprā 57 *corallorum quinta essentia cur præstantior ibid, fixatio*

SCD Lyon 1

213 quinta essentia 189 primum ens non minus quam auri recognoscendum, eiusdem uirtus 24 oleum tingens Lunam in solem 291 quinta essentia pilos eijcit ac nouos restituit 59
ad Apoplexiam 344.404
ad Apostema mollificandũ
Aqua fixatiua 327 decurrens 305 Physica 374 Lunæ 337 fortis super Venerem ut fiat Luna 346, 349 Mercurij 343 fixatio 344. 348 Mercurij 293 Salis armoniaci 293 fortis 294 Metallorum 249
Aqua perpetua 225 preciosa ibid. fortis ibid.
Aqua Philosophica 361
Aqua faciens Lunam in solem 309 figens Mercuriũ 218 gradationis 288 quæ euellit capillos 391 salis alcali 285 fortis 323 omnia tingens in Lunam 204
Aqua dans pondus Soli & Lunæ 213 ad idẽ magnũ secretum 214
Aqua rubea ex oleo oliuarum 196
Aqua mercurij 274 uitæ 402 Mercurij maximũ arcanum 256
Aqua fortis in qua imposita Luna fit aurum 271
Aqua mercurij 261
Aquæ separatio 49
Arcanum dupliciter intelligendum 76 eius virtus & vsus, ibid. Tinctura quid, quæ eius virtus & operatio 88 89
Arcana sunt excellentiora in suis quàm quintæ essẽtiæ 74 cur ita apellata 75 quæ sunt & quo ordine 61 maiores habent vires cõseruandi quã simplicia 165
Arcana quot 77
Arcanorum operationes fiunt multipliciter 20
Archidoxorum liber in decem partes diuisus 4
Argenti quinta essentia seu oleum & sal eiusdẽ 186
Arsenicus Metallinus 330
Arsenici sublimatio 272
Arsenicum quomodo rubificandum 210
Contra Asthma, tussim, &c. 403
Attractiuum specificum et eius exemplum 119 120

SCD Lyon 1

Auditus non est ex tono, nec ex eo, ex quo ueniunt aures 5. 6
Auri separatio à Cypho 219 *quinta essentia seu oleũ ac sal eiusdem* 185 *à Marcasitis solutio* 213 *quinta essentia quantitate minima* 53 *primum ens est penetrabile* 23
Auri primum ens vbi reperiri possit 27 *essentia lepram cum omnibus morbis tollit* 21
Aures auditus organon 6
ad Aures 393
ad Aurium dolorem 390

B

Balneum ad pustulas 380
Balsamum omnium corporum à putrefactione & corruptione præseruatiuum externum 126 *Elixir plus quàm specificum ibidem*
Balsami essentia renouat & restaurat 22
Betonicæ quinta essentia quantæ virtutis 21
Bilis efficere potest ut aliquis flauum induat colorem, neq; tamen ideo est complexio 17
Borax optimus 226
Bubo requirit peculiare remedium 141
Contra Bubonem 386

C

Caducus morbus renouatione tollitur 17
ad Calculum 400. 402
Calcinationis & præparationis Mercurij cũ marcasitis modus 215 *proba eiusdem operis* 216
Calor internus attrahit ad se humorem intrinsecum 8
Calx peregrinorum 295
Camphora quomodo fiat 408
Camphoræ oleum 392
Cancer quomodo curandus 141
Contra Cãcrum mammillarum 387
Candida 375
Capitis membra nullã renouationem admittunt 17 *per ea quod transit nõ aliter recipiunt quàm nutrimentum & nõ ut medicinam, licet superfluitates expellantur, ibid.*
Caro quomodo renouari dicatur 17
à Carneis elementorum separatio 45

Cemen-

SCD Lyon 1

Cementum super sole valde bonum 212 *partis cum parte* 211
Cementa varia 333.339
Cerebrũ rationis organon 6
Chelidoniæ quinta essentia quantæ virtutis 31
Chrystallus quomodo rubificandus 276
Cibus ad quid ordinatus 9 *ordinatus ad sustentãda corpora, vt Medicina ad profligandos morbos* 9
Cibi ac potus regimem 171
Cibo tẽporali & corporali cur homo carere nõ possit 9
contra Cicatrices 386
Cicutæ remediũ 395 *ad sanguinẽ restringẽdum* 396
Cinabrium album 330
pro Cineritio 219
Cinobrij dealbatio & fixatio 217
Coagulatio Mercurij 210
Cœlestibus influentijs homo potest resistere 167
contra Colicam 399
Colla mirabilis 299
Colocynthidis præparatio 199
Coloquintis vbicunque nascatur semper purgatiuum 109
ad Colorandum vitra 318
Complexiones in homine quatuor 16 *non renouãtur nec restaurantur ibidem. non oriuntur ex aliquo hominis mẽbro ibid. nullũ habent locum, nec originem in corporibꝰ sed existunt in spiritu vitæ ibid.*
Coralli oleum & sal 192
Chrystalli oleũ & sal 192
Corallorum quinta essentia curat contorsiones, spasmum, &c. 57
Cordiale præstantissimum quinta essentia ex vnionibus vel margaritis extracta 184 *eius virtus et potentia ibid.*
Corpus qua via renouatur 18.19 *duobus modis ad se trahit* 8
Corporis subtilis reductio in spiritum 226
Corporis mobilitas consideranda 5
Corpora duo in vnum conclusa 6
Corrosiuum specificum & eius exemplum 122. 123.
Crocus Martis 287. 290. 325. 336 *eius quinta essentia quãtæ virtutis* 21

SCD Lyon 1

Croæ flos centum annos ad fert eis vtentibus 195
Cutis morbi quomodo curandi 141

D

Dauræ folia non ante centũ & uiginti annos mori sinunt eis vtentem 165
Dei magnalia ex quo cognoscantur 6
Dentem eruere sine dolore 397
ad Dentes nigros ex pustulis 383
ad Dentium dolorem 381 398
Diaphoreticum specificum & eius exemplum 116
in Dysenteria 382
Contra Dysenteriam puerorum 398

E

Elementa quæ pro vita lõga meliora sint 172
Elemẽta quatuor cum sint contraria, qui concordare possint 32 actu sunt in omnibus rebus sed nõ actu quatuor complexiones 33 quæ & quî separanda 37
Elementa sine quinta essentia nulli morbo possunt resistere 53
Elementorum separatio ex metallis 39. 40. 41 ex marchasitis 41 ex lapidibus 42
Elementorum aquæ separatio 46 à piscibus 45 ab vndosis succis 46 ab herbis 44
Elementorum separatio à fixis 47 ab oleaginosis 42 in resinis corporalibus 43 à carneis 45 à vitris et eis quæ uitreæ naturæ sunt 47
Elementorum separationis duæ practicæ 39
Elixir cur ita vocetur 129
Elixir notabile 257. 259 ad album 257 ad Lunam 258 ad solem 264
Elixir faciens aurum super omne iudicium 261
Elixir verum 262 tãtũ adhibetur ad vitam 131 custodit spiritum vitæ ibid. per totum corpus dispersum ibid.
Elixir quid 126
Elixir balsami fermentum quale 132 Salis fermentum cuiusmodi 133 Dulcedinis 134 Quintarum essentiarũ 135 Subtilitatis 136 Proprietatis 138

per

SCD Lyon 1

per Elixiris aßumptionem non opus est vt totũ corpus sit balsamatum 131
Elixiris balsami descriptio 132 Salis 133 Dulcedinis 135 Quintarum essentiarũ 136 Subtilitatis 137 Proprietatis 138
Elixiria, seu primæ primarum renouant & restaurant 22
Ellebori quinta essentia quantæ virtutis 21
Emplastrum contra lapsus, rupturam, &c. 377 Archiemplastrum 377 de minio 378 ad vuluam 384 purgans 403
Ens quid 23 potest omne id, in quo incorporatum est, alterare 23
Ens & mens duo sunt inquibus conseruatur vita aut amittitur sanitas 160
Entis primi & perfectionis differentia 28
Entis primi vis vitro cõclusa eiusdem herbæ aut corporis cuius est ens primum, formam producit, præter omnem terrã, et cur 28
Entium primorũ vsus 31
Entium primorum virtutes si quis habere velit ad opus sit facto 28
ad Epatis dolorem 385
in Epidimia 386 393
Epilepsia 408 409
Essentia prima mineralium, gemmarũ 29
herbarum, liquorum 30
Essentia quinta quid 50
Essẽtia quinta auri quidam multis annis sustentatus 8
Essentiæ quintæ qua ratione extrahi poßint diuersæ uiæ 55.56
Essentiæ quintæ renouant & restaurant 22
Essentiarum quintarũ diuersitas 53
Experientia omnium rerũ magistra 10
ad Extrahendum sagittas 397
Extractio magisterij ex sanguine 105 106
Magisterium ex sanguine 105.106.107. ex metallis 95 ex lapidibus, perlis & corallis 96. ex marchasitis 99. ex vino 103. ex crescentibus 102. ex substantiis pinguedinosis 100.

SCD Lyon 1

Extractionum quintarum essentiarum diuisio 60

F

contra Febres 414.400.
contra Febres omnes 780.
ferrũ vt cũ ferro scindi possit 250 *ferrũ indurare supra modum* 219. *æruginosum iterum in recens produci potest* 11.
ferri & omnium mollificatio 288.
fimus, cum ei sunt plurimæ putredines, qui fiat vt agros fertiles reddat 87.
fixatio Antimonij 212
fixatio salium & spirituũ vt maneant in igne & fluant vt plumbũ 23 *salis petræ* 289
fixatio spirituum quomodo optimè fieri possit 205 206.207
ad fixandum omnes spiritus 206.
fixatio cinabaris 269 *Mercurij* 261.273. *Mercurij in rubedinem* 265 *lunæ perfecta* 291.292 *Arsenici* 338. *Mercurij ibid.* 3.
à fixis elementorum separatio 47.
flos æris potest iterum in suum cuprum reduci 11.
contra fluxum sanguinis narium et vulnerum 383
ad fluxum auertendum 381.
Freising 231.

G

Gamandrea 382
Gemmarum omnium calcinatio 296
Gemmarum primum ens cuius efficaciæ 25.29
ad Generatiuam virtutem recuperandum 394
Gleba terræ super stomachum posita homo quidã sex mensibus sustentatus 8.
Gradatio Lunæ 224
Granatorum quintæ essentiæ quæ virtus 21
Gratia Dei dedit 212.
gustus non est ex lingua 6.

H

Halcyon quomodo renouetur ac restauretur 26 *nõ ex sua natura, sed quia viuat ex primis entibus ibid. iis corporibus tantũ vtitur quæ renouent ac restaurent, ideóque post mora*

SCD Lyon 1

mortem se renouat ac restaurat ibid.
Herbæ similiaq; non pereunt in essentia sua, & cur 157
Herbarum conseruatio 130 primum ens 30 & arborum quinta essentia quid possit 26
ab Herbis elementorum separatio 44
Hermes trismegistus solus vsus remedio ad vitam prolongandum 149
Hermetis auis 366
contra Herpetem 383 mordacem 400
Homo quidam sex mensibus absq; cibo vixit 8
Homo quilibet fit ex duobus in vnum cõiunctis 6 perinde ac ferrum renouari nequit 12. 13
Homo decrepit9 ærugini in sua substantia potest cõparari 12
Hominis natura quomodo absq; cibo possit sustentari 8
Hostia laudis 381
Humores quatuor 15 ex quibus vnusquisq; eorũ proueniat ibid. non quæuis corpora omnes eos habẽt ibid. & 16 Absque eis hominis natura bene potest cõsistere 16
Hydrops 383

I

Iacinthorum virtus 21
contra Icteritiam 386
Ignis Adeptus 320 Persicus 392 duplex 19 materialis operatur per flammã & ardorem, essentialis per sui essentiam & virtutes 19
Ignis separatio 48 Adepti descriptio 220
per ignem purgatur quicquid uisibile est 19
Imaginatio cuiusq; conuertit oculos eò quò cupit respicere 7
Imaginatio nullibi potentior adimplere suas operationes, quàm in proprio suo corpore cui inest & in quo uiuit 7 per cõtradirectam imaginationẽ destruitur 169
Imaginationis uis 181
Incantationis vis 161
contra Incantationes remedium 168
Incarnatiuum 382. 596
Influentia ex mente diriganda in aliud 167

SCD Lyon 1

Influentia in hominem dupliciter intrare potest 167
Influentiæ quomodo auertendæ extructo sui ipsius homunculo 167
Intentio cuiusq; sola potens magistra sup mobilitatē 7 & imaginatio accendit virtutem vegetatiuam, sicut ignis lignum 7
Iouis calx in stannum suū iterum potest reduci 11
pro Iunctuurarū dolore 379.
Iuuentus quomodo conseruanda 404

L

de Lacertis 205
Lapis philosophorum secundum arcanum 77
Lapis philosophorum Paracelsi virtutes quas habeat 82 83 *non est is qui à veteribus descriptus* 81.
lapis obscurus quomodo possit transmutari in clarum 319
ex lapidibus elementorum separatio 42
Lazurium bonum & probatum 308
lepra renouatione tollitur 17.18
lepram esse inuersionē quandam in corpore quomodo intelligendum 18
liquorum primum ens 30
ad loquelam 388 *in Paralysi* 395
luna fixa 273.274 *à Venere in moneta quomodo soluenda* 210
lunæ digestio 218.219.
lunæ proiectio 213 *Gradatio* 224
in luna augmentum 246.
lumē splēdes sine igne 247. *quomodo fieri possit sine igne* 219
cōtra luporū inuasionē 414
Lutum bonum 215
Lutum fortissimum 298
vt lux ardeat per 60. *dies* 414
contra Maculam 390.
contra Maculas remedium 143.401
Magisteriū quid 91 *ex vino* 103 *ex substātiis pinguedinosis* 100 *ex crescentibus* 102.
magisteriū ex metallis 101
magisteria ex lapidib. perlis, & corallis 96 *processus eorundem* 97 98
Mania renouatione tollitur

SCD Lyon 1

tur 17
ad Maniam 385
Mannæ quinta essentia quantæ virtutis 21
Marchasitæ fusio 286
Marchasitarũ ea virtus vt sine alterius additamẽto saluberrima medicina sit, purgatio fistularũ omniũ, cancri, &c. 185
varia genera 99 mysteriũ quantæ efficaciæ 93
ex Marchasitis elementorũ separatio 41
Magnes vbicunq; nascatur semp est attractiuũ 109
Magnalia Dei ex quo cognoscantur 6
Margaritarũ oleum & sal 193
Materia prima primũ arcanum 77
Materiæ primæ virtus & qbus sup fundata 78. 79
processus eiusdẽ 81
Matricis specificũ & eius exemplũ 124 cõtra Matricis dolorem 413
Medicamentũ Paracelsi, p vita lõga 166 ad vulnꝰ quale esse debeat 140 ad vlcera ibid.
Medicamenta inuenta nõ solũ medẽdis ægrotis, sed etiam cõseruandis sanis 155 ad vulnera nõ debẽt esse incarnatiua, mũdificatiua, multò minꝰ attractiua 140
Medicina, corpora, quibus speculatio inest, mũdat, quo media facilius perficiantur 7 quid efficiat 6
Mobilitatẽ quicquid viuit habet à natura 6 ordinata ad pfligãdos morbos, vt cibus ad sustentanda corpora 9
Medullarũ virtus 185
Melancholiã famẽ et sitim adimere naturale est 9
Melissa totũ corpꝰ restaurat ac renouat 26 quinta essentia dẽtes, vngues manuũ ac pedũ eruit & postea restituit 60
in Membris omnibꝰ partitio quædam secundũ dispositionẽ intꝰ & extra 8 mutatio qualis in eadem ibid.
ad Memoriam 384.404
Mens & ens duo sunt quibus conseruatur sanitas 160
Mercurius salis vel Lunæ 249 totũ copꝰ potest renouare 23 vitæ secun-

SCD Lyon 1

dũ arcanum 77 malleabilis 260 Plũbeus 274
Solis quomodo fiat 173
Lunæ 175 Veneris 176
Martis 177 Iouis 178
Saturni ibid. ex omnib9 corporibus 228 corporalis 228 ex Luna ibid. ex Saturno 229 augmentũ
Mercurij Saturni 241
Saturni Homelij experimẽto 227 Saturni 243
Mercurij vitæ praxis 87
vitæ quæ virtus & operatio 84.85.86 calcinationis & præparationis cũ Marchasitis modus 215 proba eiusdem operis 216
Mercurij sublimatio 272
ex Mercurio Luna 263
Metalla omnia possunt renouari ac restaurari 11 ex sale, sulphure & Mercurio oriũtur 12. in sua principia iterum reduci poßũt ibid. quomodo poßint in Mercuriũ conuerti 244
Metallorum purgatio 290
pulueres vt in cineres redigantur 204
ex Metallis quintæ eßẽtiæ extractio 62.63 elementorum separatio 39.40.41
Metallica crescentia varia 183
Minera mercurij per sal circulatum liquefacta vertitur in Mercurium 19
Mineræ reductio 218
ad Mineralia quæ non facile fluunt 216
Mineralium primũ ens 29
quinta essentia renouat ac restaurat 21
de Mineralibus ex arsenico 217.
Minium in suum plumbũ iterum reduci potest 11
quomodo fiat 299
Microcosmi mysteriũ 1 miseria eiusdem ibid.
mysterium post hanc vitam æternum 3
mobilitas corporis considerandа 5
Mollificatio metallorum et eboris 296
Morbi, qui ex natura, præter naturã aut cõtra naturam 150 qui proueniunt ex mẽtib. et æstimatione 151 ex mente diuersis oriuntur modis 166
à Morbo quouis ad sanitatẽ est reductio 12.
Morborum causa vita inordinata 150

contra

contra Morphæam et lentigines faciei 399

N

Nares odoratus organon 6.
Natura exhibet corpus & sanguinem 6

O

Oculus visus organon 6.
Oculi materiam vnde habeant
pro Oculis percussis & læsis 384.
Odoratus nõ est ex narib. 6
Oleum Martis 187 Saturni 188 Iouis ibid. Marcasitarum 191. ex sale cõmuni 192 Coralli & Chrystalli 192. Margaritarũ 194 Ex Gummis 198. fixum 212
Oleum Mercurij et solis ad deaurandum 345 Vitrioli 346
Oleum tingens æs in aurũ ad 24. gradus 291. Camphoræ 392 Christi 402 mitigatiuum 400 & sal quomodo ab oleo oliuarũ sit separandũ 196 Tartari 242. 248 Antimonij & Mercurij figẽs spiritus & soluens corpora per se 215 sulphuris 321 auri 215 sulphuris fixum 217.
ab Oleaginosis elementorũ separatio 42
Opus de Mercurio ad Lunã 201 ad solem 202
Organo malè disposito corpus spirituale nõ perficit operationem suam 6.

P

Pannus vt in igne comburi non possit 297
Papauer vbicunq; nascatur semper anodinum 109.
Paracelsi scripta quãuis veterum scriptorũ dogmatibus cõtraria, firmissima tamen habent in experientia fundamẽta 10
ex Paradiso quicqd est immortale 160
Perlarum quintæ essentiæ quæ virtus 21
Pili vt crescant 390 vt nũquã renascantur 394
Podagra, chiragra & similes morbi renouatione tolluntur 18
Potus ac cibus regimẽ 171
Præseruatio & conseruatio per elixiria 130
Præseruatiuorum natura 129
ad Pulmonem 382
Purgatiuũ specificum & eius exemplũ 116

SCD Lyon 1

Q

Quinta essentia auri 185 Argenti 186 Antimonij 189 rerum terra crescẽtiũ 194 vna altera præstantior 57 varijs exẽplis quintarũ essentiarum declaratur 58 quid 50 eius virtus 59 vnionũ cordiale præstantißimũ 184 eius virtus ibi.
Quintæ essentiæ extractio ex lapidibus, gemmis et vnionibus 66 extractio ex marcasitis 64 processus eiusdẽ ibid. qua ratione extrahi poßint diuersæ rationes 55. 56 extractio ex ardentibus 67 ex crescentibus 68 ex aromatib⁹ 69 ex comestibilibus et potabilibus 70
Quinta essentia auri quidã multis annis sustentatus 9
Quintarum eßentiarũ diuersitas 53

R

Rapacis bonæ operatio 294
Reductio mineræ 218
Remedia ad vulnera 24 borarũ spacio curãda 142 ad vulnera 142. 143 cõtra maculas 143
Renouatio & restauratio totius corporis nõ impossibilis 18. 146. 147
Renouatione qui morbi tollantur 17. 18
Renouent ac restaurẽt quæ 21. 22
Renouari sanguis, caro, & & similes hominis partes quomodo dicãtur 17
in Resinis corporalibus elementorũ separatio 43
Res oẽs creatæ cõtinẽt in se aquã, oleum & sal 182
Restauratio quid 11 duplex 13
Rubinorũ quintæ essentiæ quanta virtus 21
contra Rupturam 381

S

Sal fixionis 339 ammoniacus quomodo fiat 276 Tartari 335 et oleũ quomodo ex pipere extrahãtur 198 & oleũ quomodo ab oleo oliuarũ separanda 196 Auri 185 Argẽti 186 ex Marcasitis 191 Coralli et Chrystalli 192 Margaritarũ 193 rerum terra crescẽtiũ 194 vrinæ pro mercurio corporis 243 borax

SCD Lyon 1

rax philosophorũ 287
Salis primum ens cuiusmodi potentiæ 25 cõmunis præparatio 286
Saliũ præparatio 312
ex Salibus quintæ essentiæ extractio 65
Sãguis diuersi generis 106
Sanitas vitæ posita in mẽte & ente 161
Saphyrorum quintæ essentiæ quæ virtus 21
Sapo mollis 339
contra Scabiem 378
ad Scripturã delendũ 306
Separationis elementorum duæ practicæ 34 viæ tres 39
Senectus quamuis tristitiã inducat nõ est cõplexio 17
Simplicia quædã vires habent vt quadraginta cõseruent annos 165
Smaragdorũ quintæ essentiæ quæ virtus 21
Solis ab argento solutio 287
Solis elementum lepram cũ omnib. morbis tollit 21
Solutio auri à Marcasitis 217.
Sophiæ labor tanquã huius mundi Paradisus 172
contra Spasmum 387.397
Specifica varia 112.113 &c.
Specifica vnde suam originẽ trahãt 109 varia 110.111
Spiritus exhibet auditum, visum, tactum, &c. 6
Spiritũ fixatio 202.206. 207 solutio 207.
ad splenis dolorem 381
stanni purificatio 206
de Stellionibus 204.
stercus vaccinũ si eleuetur ambræ odorẽ induet 110
stercori humano insunt plurimæ virtutes et cur 87
sublimatio sulphuris & fixatio vt fiat album 285
Sulphur figere 338 quomodo rubificandũ 210.211.
Sulphuris primum ens 24. ita vehemens quòd omnia entia metallorum in suã essentiã figat, &c. ibid. processus 299 purgatio 285
superstitionẽ nil magis destruit quã cõsiderare stultitiam esse 170
surdus cur quis nascatur 6.

T

Tartarus calcinatus & in balsamũ reductus potest esse loco Reubarbaræ 110 in vna hora sine fornace quomodo solui possit 209

SCD Lyon 1

tegulæ nõ paruum præbent remedium 183
terræ separatio 49.
ad Testiculorũ tumorẽ 389
Tinctura ad Lunã 263 firma 309 ad album & rubeũ fortißima 303 quartum arcanum 77.
Tristitiam et animi anxietatem famem & sitim adimere naturale est 9
ad Tußim antiquam 379
Tutiæ præparatio ad æternum rubeum 206
Tyrus contra venenum valet 155

V

Valerianæ quinta essentia quantæ virtutis 21
ad Venæ incisionem factam in phlebotomia 388
Venetorum labor 270.
Venus fixa 324
Veneris ablatio 263.
Vermes plurimi nascuntur qui sese renouãt ac restaurant 26. eius rei causa 27
cõtra vermes in ventre 385
contra Vertiginem 387.
ad Vesicæ vlcerationẽ 386.
de Vini secretis 407.
vinũ in se continet magnã quintam essentiam 51.
contra Vlcera mala experimentum 143. 377
virginem corruptã restituere 398.
visus nõ est ex eo femine ex quo procedit oculus 5.
vita quid 152. 153 longa consistit in tribus 164. pro vita longa medicamentũ Paracelsi 166 in tres partes diuidiitur 147.
vita inordinata morborum causa 150
vitam longam volenti viuere quænã cõsiderãda 155
vitæ nostræ sanitas in duobus sita, mente & ente 161
vitrioli primũ ens permutat omne metallum albũ in rubrum, & rubrum in album, &c. 25. aqua optima ad rubeũ 151 oleũ ad omnẽ infirmitatẽ 334
vitrum quomodo poßit mollificari 325
à vitris et eis quæ vitreæ naturæ sunt elementorum separatio 407.
vulnus quomodo spatio 24. horarũ curari poßit 139. remediũ hoc ipsũ pstans 142

Z

de Zincken 214. ad retinendum Zincken 215.

FINIS.

SCD Lyon 1

EXPLICATIO QVORVNdam vocabulorum.

Aqua fœtida, *id est*,	*Mercurij.*
Anatron,	*Spuma vitri.*
Albus fumus,	*Aqua argenti viui.*
Aqua vitri,	*Vitrum solutum in aqua.*
Alumen glacioſtre,	*Sulizi.*
Alumen adig,	*Sal ammoniacum.*
Alfuſa,	*Tutia.*
Alcafial,	*Antimonium.*
Antimos,	*Minera de qua fit plumbum.*
Antimonium,	*Fex plumbi.*
Alcali,	*Vitriolum foßile.*
Alcantum,	*Æs vſtum vel ſpecies aromatica vel Arſenicus ſecundum quoſdam.*
Aer	*Oleum vel Tinctura.*
Aurum obrizum, *id eſt*,	*Puriſſimum.*
Alzimar,	*aliàs viride.*
Afformas,	*Vitrum.*
Ancifides,	*Calx metalli.*
Anora,	*Calx viua.*
Atramentum,	*Vitriolum.*
Azab,	*Alumen Zuccarinum.*
Alumen fuſciolum,	
Alumen catinum,	*Alkali.*
Baurach,	*Quodlibet ſalis genus.*
Baurac	*Vitrum.*
Cal	*Arſenicum citrinum.*
Cexim,	*Acetum.*
Calx maior	*Ouorum.*
Cachimia,	*Creta argentea.*
Chriſti pabulum,	*Vrina puræ virginis.*

SCD Lyon 1

Cinis clauellatus,	*Cinis de lentisco.*
Dragantum,	*Vitriolum.*
Filius vnius ostum,	
Fumus rubeus,	*Auripigmentum.*
Gumma paradisi	*Auripigmentum.*
Gruma,	*Tartarus.*
Lamina,	*Auripigmentum.*
Leminas,	
Leo viridis,	*Vitrum vel vitriolum vel sanguis sulphuris.*
Mater,	*Mercurius.*
Pater metallorum,	*Sulphur.*
Rebis,	*Capilli hominis.*
Sal Alkali,	*id est, Lapis de cinere salicis quo vitrarij soluũt lapides & mutant in vitrum.*
Spodium,	*Cinis solis.*
Seropinus,	*Gummi arabicum*
Sanguis	*Auripigmentum.*
Suma,	*Tartarus.*
Sal amarum	*Alcali vel Sal nitri*
Sal amaritudinis,	
Terra fœtida,	*Sulphur sublimatum.*

Talck, *lapis quo vtuntur minerifices ad limpidandum aurum vel lutum stellæ quod gypsum dicitur.*

Tinckar, *viriditas æris vel aqua composita ex omnibus salibus vel dicitur Borax.*

Vrina Taxi	*Aqua Tartari.*
Vitellum poli	*Alumen.*

Zimax *est vitriolum viride arabicum quod fit ex ære.*

ARCHI-

SCD Lyon 1

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI LIBER I.

De mysterio Microcosmi.

SI miseriam nostram ac anxietatem animo voluamus Filij Charissimi, quàm in graui ac tetro domicilio mo remur, fami nec non plurimis ac varijs accidentibus obnoxio, quibus ita circumdamur, vt ne quidem nobis vegetare, imo vix excrescere licuerit, quamdiu antiquorũ medicinæ ac veterum, sectatores fuimus. Multis enim calamitatibus, amarulentiæ conditionibus circumuallati, ac acerbis destricti cathenis detinebamur, omnibus etiam indies nobis in peius cedentibus, vt plurimis alijs, qui pari bilance pōderabantur, quibus etiam antiqui suis scriptis libris auxiliari non potuerunt, atque sanitati restituere. Mali huius causæ sunt variæ, quas hic adducere non est nostri propositi. Plurimi etiam doctores antiquorum secuti dogmata ingentes sibi corraserunt opes, minima tamen cum laude, cum mendacijs eas sibi compararint. Quo considerato vt hoc nostrum memoriale opusculum cōscribere voluerimus, vt per id ad certum finem, & feliciorem practicam peruenire possemus. Idcircó occurrunt nobis magna mysteria, quæ magis admiranda sunt, quàm quæ vnquam inuestigari possint. Quare nobis considerandum est, qui ars

SCD Lyon 1

ipsa cum naturæ mysterijs conueniat, contra eos qui ad artem minimè peruenire potuerunt.

Mysterij naturæ vires, liberæ à suo impedimento, cōparantur captiuo, qui soluitur à suis vinculis & cōpedibus, cuius tunc animus liber est. Mysterium namq; naturæ in corporibus æquiparatur igni cuipiam in ligno viridi quod libenter arderet, attamē propter eius humiditatem nequit.

Cùm igitur impedimentum in illis rebus sit, omnino conandū, vt auferatur. Quo ablato, habebit hæc ars separationis tantam similitudinem ad artē aromatarij, quantā habet lux ad tenebras: id à nobis arroganter dictum, nollem aliquis putet, sed solummodo quia ægrè ferimus eiusmodi sycophantias in pharmacopolijs, quibus etiam medici assentiuntur. Quamobrem merito non solùm tenebras vocamus, cùm potius impostorum speluncæ dici deberent quàm tenebræ: cùm plurimi ignari homunciones in eis à pecunijs curentur, qui si nihil haberent quod numerarent, sani esse iudicarentur, cùm sciant nullum esse remedium in suis insulsis consultationibus.

Cùm itaq; illa sit vera ars, quæ mysteriū naturę docet ac ostendit, vt per quintā essentiam curare contracturam quatuor dierū spatio, quæ aliàs ad mortē vsq; perseuerasset: vulnus item spatio 24. horarū ad plenam curationē perducere, quòd per corpora quatuordecim diebus fieri nequiret, alacri animo mysteria naturæ, quæ per experientiā separantur ab impedimentis corporum aggrediamur. Primò itaque consideremus quid homini vtilius, & quid excellentius, quā cognoscere mysteria naturæ, per quæ diligenter perpendere poterit,

SCD Lyon 1

terit, quid sit Deus, quid homo, ad quid valeat eorum cognitio: nempe quid cœlestis in æternitate quid terrestris in infirmitate. Ex his Theologiæ, Iurisprudentiæ, ac Medicinæ perpulchrè oritur notitia. Item quod mysteria naturæ solummodo sint vita hominũ, hæc scire oportet, hæc imitanda per quæ Deus, ac illud æternum Bonũ cognoscitur ac adipiscitur. Nam etsi sint miranda in Medicina, & in Mysterijs multo maiora, nihilominus post hanc vitam est quoddam mysteriũ quod est æternum, cuius nullum habemus fundamentũ. quale sit, dico aliud nullũ, quàm nobis à Christo manifestatum est. Inde suam sumit originem illa nimia Theologorum stoliditas, qui mysteriorum Dei interpretationes ex eo depromere conantur, cuius ne vel minimum intelligunt, nec nobis hominibus constet, quæ nam voluntas eius fuerit qui dedit. Verum illi verbum eius ad suas superbiam ac auaritiam detorquent & accommodant, vnde multę sectę, opiniones, fraudes & similia suá habuerũt originẽ, vt latiꝰ in Monarchia scribimꝰ. Quare, rationẽ quæ cũ mysterio visibiliter non est fundata, nihili pendimus, vt Iuriscõsulti qui iuxta suas opiniones leges, & iura municipalia concedunt, vt illis inde nihil depereat, quamuis totius reip. vtilitas sit obcæcata. Cũ igitur in huiusmodi facultatib. huiusmodi incerta negotia prętер iustũ & ęquum in vsum venerint, ea aliquandiu omissa faciamus, nec curemus eorum sesquipedalia verba ac nænias, qui plura de Deo ratiocinantur quàm illis patefactum est, eiusq; mentem cõprehendere volunt, ac si ei à consilijs fuissent, cũ nos vilipendunt, & Naturæ mysterijs detrahentes

SCD Lyon 1

& philoſophiæ cum ſint ignari, eam vilipendunt. Nec non philoſophiam nihili faciunt, cum eius omnino ſint ignari, ac clamor improbus plus apud illos valeat, quaſi ipſi ſint à quibus tota fides ac religio dependeant, & ſine quibus cœlũ & terra ruerent. O hominum ſtoliditas ne dicam impoſtura, qui tales ſe exiſtimant eſſe, cùm nõ ſint: quamuis & nos per aſſuefactionem eos imitantes, noſtri primi Doctoris ac Conditoris verbum ad noſtram gloriam vnà cum ipſis deflectere facilè diſceremus. Quod abſit à nobis cum verbum nobis non perfectè cognitum fide ſit ſtabiliendũ, nullaq; alia, quamuis apparente ratione. Abiecto itaque hoc onere Naturę myſteria inueſtigemus, in quib. finis veritatis fundamentũ exhibet: nec ſolum fundamentum, ſed etiam myſteria Dei, quæ ſummam charitatem in hominibus adimplent, ac præſtant.

Atque hic eſt Theſaurus ille, Summum bonũ quem nos in Archidoxorum noſtrorum conſcriptione materialiter atq; miſterialiter intelligim⁹, & ſpirituali noſtræ Monarchiæ cõmittimus. Ex hoc igitur fundamento depromimus medicinam per experientiam qua certi ſumus, & proprijs oculis cernimus rem ita ſe habere. Aggrediamur igitur practicam, & hunc Archidoxorum librũ in X. partes diuidamus nobis ad memoriale quod dam, vt eorum non obliuiſcamur, & ita ſolum no biſcum, & cũ noſtris loquentes ſatis apertè, quod ab his, & nõ à plebeis intelligi queat. Animum ſiquidem noſtrum, cogitationes, & cor ſceleratis nolumus patefacere, ſed potius iſtis forti muro ac claue viam præcludere conabimur. Si forte hic labor

SCD Lyon 1

labor noſter ab Idiotis circumueniatur, & nõ ſatis tutus fuerit. Cũ omnium artium ſint inimici, X. lib. de pręcedentiũ vſu minimè deſcribi volumus: ne ipſi inani gaudio margaritas ante porcos proijcere videamur, à noſtris nihilominus alij nouem ſatis abundè intelligentur.

Et vt aliquanto apertius de his artib. loquamur ſciendum in Microcoſmo multa probari ac demõſtrari, tum quæ in ſe continet medicina, necnõ ea quæ huic permiſcentur. Vincitur ac regitur itẽ à Medicina ſequens eam, non ſecus ac frenatus equus, aut rabioſus canis vinculis cõſtrictus à ducente. Ad hunc modũ intelligendum eſt Medicinam naturam, ac omne id quod vitam habet, attrahere. In eo tria nobis occurrunt, quę nobis demonſtrant, quibus virib. talia cõpleantur & fiant.

Primò, qua ratione quinq; ſenſus per naturæ myſteria adiuuentur, cũ non ſint à natura, nec natura, nec naturaliter oriantur, vt herba à ſemine: nam ibi nulla eſt materia quæ illos id præbeat.

Secundò Corporis mobilitas penſanda venit, vnde originem ducat, quid agat, vnde moueatur, & qua ratione ei ſit ſubueniendum.

Tertiò diuiſio omnium virium in corpore cognitu neceſſaria eſt, & quænam etiam vnicuique membro cõueniant, quæq; tranſmutentur iuxta vniuſcuiuſq; membri naturam, cùm ab initio ſit vnica natura. Quare de his primò dicemus vt de viſu, auditu, tactu, guſtu, per exemplum. Oculi materiam habent ex qua proueniunt vt etiam de Cõpoſitione corporis loquimur, & ſic de alijs. Viſus tamen non eſt ex eo ſemine ex quo procedit oculus, nec auditus ex tono, vel ex eo quo pro-

SCD Lyon 1

ueniunt aures nec tactus ex carne, nec gustus ex lingua, nec odoratus ex naribus, nõ magis quàm ratio ex cerebro, sed sunt organa & scrinia, in quibus nascuntur. nec etiam cogitandum eos à gratia Creatoris dependere, quasi non forent ex natura hominis, at infusa solum à gratia Dei præter naturam omnem existentia: Quis nascatur cæcus vt innotescant magnalia Dei nonest hoc loco iudicandum, quòd prædicta habeant suum corpus in se intactibile aut insensibile, tũ quòd quisq; euadat talis quale corpus fuerit. Omnis homo fit ex duobus in vnum coniunctis corpore naturæ scilicet & spirituali. Natura exhibet corpus, sanguinem & carnem. Spiritus auditum, visum, sensum, tactum, & gustum. Quòd autem quis surdus nascitur, hoc fit ex defectu domicilij, in quo morari deberet auditus. Nam corpus spirituale non perficit operationem suam loco male disposito, cuius causam libro de generatione hominis ponimus. In hoc cognoscuntur magnalia Dei, quòd sint duo corpora, æternum & corporale, in vnum conclusa vt patet de Generatione hominis. Medicina tamen in hoc operatur, quòd domum purgat, quò corpus spirituale suas plenè perficiat operationes, non secus ac Sibeta in incontaminata munda camera.

Post modum nobis est consideranda mobilitas corporis, vnde procedat, & quænam sit eius origo, quòd corpus vniat Medicinæ quo virtus motiua augetur, hoc sic se habet. Omne quod viuit habet à Natura suam mobilitatem germinatione & crescentia: hoc satis per se probatum est quo ad naturalem rationem: Sed mobilitas

SCD Lyon 1

bilitas illa, quæ ad nos ſpectat eſt declaranda, vt quæ fit ex propria voluntate : prout ſi eleuem brachium iacentem humo : quibus viribus id fiat, cum organum aliquod non videam, cum quo attraham, præter meam voluntatem, qua ſic fieri cupio. Sic etiam de ſaltationibus, ambulationibus, curſu & ſimilibus iudicandum, præter ea quæ contra naturæ mobilitatem fiunt, cùm hæc ex propria natura non fiant, ſed ex accidente. Origo autem huius eſt hęc. Intentio mea ſola eſt magiſtra potens ſupra meam mobilitatem ad hunc modum. Intentio & Imaginatio accendit virtutem vegetatiuá, ſicut ignis lignum vt de Imaginatione peculiariter ſcripſimus. Nullibi enim eſt ipſa potentior adimplere ſuas operationes, quàm in proprio ſuo corpore, cui ineſt, & in quo viuit : nec aliquid eſt in toto corpore quod facilius accendi poſsit anima vegetatiua, quòd iſta à ſe ipſa currat, & vadat, & ad hæc diſpoſita eſt, non aliàs quàm ignis coopertus aut ſuffocatus, qui mox ac aerem habet, accenditur. Simile de meis cogitationibus ex parte poteſt videri. Non poſſum oculos meos dirigere manibus quo velim, ſed imaginatio mea conuertit eos eò quo cupio reſpicere. Sic etiam de ambulatione intelligendum. nam ſi cupiam aut omnino deliberem aliquò ire corpus dirigitur ad hũc aut ad illum locum, & quò magis id in mea imaginatione fuerit impreſſum eò celerius curro. Iſthac ratione ſola imaginatio eſt motrix mei curſus: ita Medicina corpora quibus ſpeculatio ineſt, mundat, quo media facilius perficiantur.

Tertiò ſciendum eſt in corpore eſſe partitioné

SCD Lyon 1

quandam in omnibus membris ſecundum diſpo ſitionem ab internis & externis proueniunt, & in ea partitione eſt quædam mutatio, ita vt vna pars complexioni cordis inſeruiat, alia naturæ cerebri & ſic de reliquis intelligendum. Hæc autem ſic ſe habent. Corpus duobus modis ad ſe trahit, interno & externo. Interno attrahit per os aerem, terram, aquam & ignem : ea tamen quæ introrſum recipiuntur non ſunt ſcripta neceſſaria, cùm per fundamentum naturę notum ſit quod diſtribuatur, prout infra de diuiſione dicetur.

Externo autem corpus attrahit ad ſe per cutē à quatuor elementis per totum id quod ſibi neceſſarium eſt. Quod ni fieret internum alimentum ad hominis ſuſtentationem non ſufficeret. Quandoquidem humor cùm nō ſit in corpore, niſi per conſuetudinem, attrahitur à ſe ipſo ex aqua: prout etiam fieri poteſt vt quamdiu aliquis in ea fuerit, aut ſedeat, non eſt opus vt ſemper extinguat ſitim: hoc non ita intelligendum, quod per aquā extinguatur eo modo calor ſicut ignis. at calor internus attrahit ad ſe humorem extrinſecum, bibitq; ac ſi foret intrinſecus. Hinc fit quòd Vaccæ tota æſtate in alpibus facilimè abſq; potu viuant, quoniam aer illis potus vices ſupplet. Quod & homini contingit.

Natura hominis poteſt etiam abſq; cibo ſuſtentari, modo pedes eius in terram ſepulti aut plantati fuerint. Vidimus enim quendam qui 6. mēſibus abſq; cibo vixit, eoq; ſuſtentatus fuerit, quòd terræ glebam ſuper ſtomachum poneret, eaque exſiccata nouam ac recentem aſſumeret, nec vnquam de fame conqueſtus eſt. Huius rei cauſam

de

SCD Lyon 1

de Naturæ appetitu ponimus.

Idem percepimus in Medicina, quendam se sustentasse quinta essentia auri multis annis, sic vt eius liquoris vix scrupulum in diem sumpserit. Quare fuerunt etiam multi qui aliquot annis vt 20. nihil comederint, quod nostris temporibus contigit, quamuis hoc à multis Deo attribuatur, probitatis pietatisq; personarũ ergo impugnare minime cupimus. Naturale tamẽ est tristitiã, melancholiam, atq; animi anxietatẽ famẽ ac sitim adimere, ita vt per id quod corpus ad se trahit attractionẽ corporis ad se, ipsum multis annis sustentari queat. Quandoquidẽ cibus ad hoc nõ est ordinatus, vt necessariò vesci pane & carnibus, vinum & aquam bibere cogamur, verũ etiam aere, & terræ gleba vitam nostram sustentare possumus. Quicquid autem in cibum ordinatum, hoc in nostri sustentationẽ ordinatum est, quòd plenius in Monarchia Dei declarabimus. Quamuis concedamus fieri non posse propter labores, & itiones, & similia, vt temporali corporaliq́ue cibo careamus, idque plurimis de causis, quoniam cibus ita fuit ordinatus ad sustentanda corpora, prout Medicina ad profligandos morbos. Hic distictione opus est, vt perfectè scire possimus. Quare distinguendum est quo modo aut qua forma tales res in corpus ingrediantur, & qui per singulas corporis partes destribuantur. Hoc autem fit hoc modo, vt si vinum ardens, in aquam effundatur, tota aqua eius vini concipit odorem, quoniam per totum corpus eius diffusum est. Itidem si atramentum in vinum affusum sit, nigrum hoc totum efficitur; ita etiam in humano

SCD Lyon 1

corpore humor vitæ penetrat celerius ea que recepta sunt, quàm quæ exẽplis demonstrauimus. In qua autem forma se transmutet substantia, eius natura consistit in membris, quæ recipiunt, eamque digerunt in sui simile, non secus ac si panis traiiciatur in hominem, caro fit hominis: si in canem caro canis: si in piscem caro piscis. Similiter intelligẽdum quod ex viribus naturæ membrorum assumptæ res per ea transmutantur, ac appropriantur iuxta naturam assumentium eisdem locis existentem. Idem de medicinis iudicandum est, istas in membra secundum horum proprietates transmutari. nam suas uires, virtutes, & bonitatem à proprijs medicinarum substantijs sumunt, iuxta bonam aut malam earum distributionem, subtilem aut rudem, prout medicina fuerit. Si fuerit quinta essentia, tanto erit eius transmutatio potentior, si crassa, talis etiam euadet: non aliàs quàm pictura quæ ornatum suum habet à coloribus: qui si nobiles fuerint, pictura item nobilis erit. Quapropter animi nostri est experientias nostras in vnum redigere, in delectationem & memoriam earum, vt quum indiguerimus, earum meminerimus. Decem libros promisimus in lucẽ edere, attamen decimum in occipitio nostro clausum reseruamus propter Idiotas: nostris autem satis dictum sit. Nec est cur aliquis admiretur scripta nostra, quæ quamuis contraria sunt veterum doctorum dogmatibus, in experientia tamen, quę omnium rerum magistra est, & per quam omnes artes probantur, firmissima habent fundamenta.

ARCHI-

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI LIBER II.

DE RENOVATIONE ET RESTAVRATIONE.

Post mysteria Microcosmi sequitur de Restauratione & Renouatione. Hic liber, secundus in ordine esse deberet. Oro dominum vt dignetur nobis reuelare quæ in eo continentur, ego libenter à mea opinione discedam.

PRIMO nobis intelligendum venit quid sint Restauratio & Renouatio, quæ restaurant, quæ renouant: quid etiam hoc sit quod renouari ac restaurari posit: quarum rerum vis sita est in creatione. Sic reiuuenescunt, renouantur ac restaurantur omnia mineralia, ita vt æruginosum ferrũ iterum in recens reduci posit, vel flos æris rursus in suum cuprum, item minium in suum plumbum, & calcem Iouis iterum in suum stagnum, ac Saturnus in Mercurium. Est itaque hoc loco renouatio quædam & restauratio, quæ corrosum in suum pristinum vigorẽ, & æruginosum in suam perfectam essentiam reuocat & transmutat. Renouatio autem de qua nunc mẽtionem fecimus, non verè est renouatio, aut restauratio, sed reductio quædam, quæ restaurationi & regenerationi non potest comparari: nam etsi sit ferrugo & non metallum, manet tamen adhuc in sua me-

SCD Lyon 1

tallica ſubſtantia inconſumpta. Qua propter non poteſt ad inſtructionem de reſtauratione, & renouatione fiendam illa renouatio in comparationem hoc loco ſumi, quòd in humano genere tales ærugines, & ablutiones minimè contingãt, quo fit vt non indigeant reductione.

Sic etiam intelligendum eſt, homine ſene & decrepito, qui ærugini in ſua ſubſtantia comparari poteſt, cuius corpus decrepitum poteſt reduci ad ſanitatem, vt à morbo quouis ad ſanitatem eſt reductio. Hac de re in præſentiarum nolumus ſcribere. Poterit etiam pro quadam renouatione & reſtauratione exiſtimari, quum ex ſale ſulphure & Mercurio oriuntur metalla.

Adimpleta itaque perfectione, & in metallum perfectum reducta, poterit iſtud iterum in ſua prima tria reduci, vt ſuum ſal, ſuum ſulphur, ſuus mercurius iterum appareant, prout in prima ſui generatione, ſic vt metalli forma prorſus euaneſcat nec ſit amplius metallum. Accidere etiam poteſt quòd materia trium primorum in metallum iterum redeat vt prius, prout tria prima veneris iterum in venerem. Hæc eſt etiam renouatio & reſtauratio in metallis, cum ſit regeneratio ex completo & perfecto metallo in perfectum & completum.

Sed iſta non eſt renouatio nec reſtauratio, ſi ad hominem comparetur, exiſtimãda, cùm nequeamus reduci in tria prima, ſiue in noſtrum ſperma, ex quo iterum poſsimus renouari & reſtaurari, prout iam de metallis diximus. Nam tunc ſitum eſſet in noſtra poteſtate nos emendandi, ac ſecundam generationẽ in melius reducendi, vt ferrum

quod

SCD Lyon 1

quod ad ſua prima tria reducitur, poſtmodum in argentum, aut in aurum, quod hoc ipſo omnino incorruptibile fit: vel vt Saturnus in ſuum mercurium reductus, in metallũ incorruptibile mutatur. Sic & nos ex nobis poſſemus incorruptibilem creaturam creare; cuius nullam habemus poteſtatem. Et cum ſimus huiuſmodi prima materia orbati, ac in inrecuperabilem tranſmutati, quæ non poteſt retrotrahi, progredi nos oportet vt incepimus, & nulla ratione putare eò nos iterũ reuerti ex quo ſemel proceſsimus.

Duplex eſt igitur reſtauratio & renouatio, prima quam de metallis retulimus. Eſt etiam vna quum picturam veterem nouis coloribus renouamus, vt recens ac noua appareat ſicut prius, non hoc ita intelligendum picturam ex veteri nouam factam, ſed palliatam eſſe veterem, ita vt appareat noua: quare nec hæc reſtauratio dici poteſt, iuxta renouationem aut reſtaurationem hominis.

Reſtauratio & renouatio in homine ad hunc modum intelligi debẽt, vt humor eius radicalis, quem ſpiritus vitæ agit & exercet, non retro trahatur aut diminuatur, ſed potius viribus augeatur, ac promoueatur, vt arbor cui ſubuenitur ad florum & fructuum productionem, quibus decidentibus, iterum promouetur vt prius. Quamuis hoc exemplum in totũ noſtram intentionem non comprehendat, nihilominus intelligentiam exhibet, in quo humor radicalis promoueatur, prout ab arbore demonſtrauimus.

Reſtaurationem itaque & renouationem ad hunc modum intelligimus, eam non fieri in hu-

SCD Lyon 1

more radicali, ſed in eo quod naſcitur ex humore radicali, & ſuam originem ducit materialiter & corporaliter, vt campana fuſione formata clangorem ſuum minimè recipit a tono, ſed à corpore: Ita reſtauratio & renouatio non accipit ſuam operationē in ſpiritu vitæ, ſed in eo quod ipſum efficit, quorum vnum eſt materiale, alterum ſubſtantiale. Vbi autem hoc, ex quo humor radicalis procedit, aut in quo eſt, mutatum fuerit, eius tonus pariter mundabitur, & quanto melior eius tonus extiterit, tanto melius erit ſuum corpus. Et quamuis dicamus humorem radicalem ex corporibus & membris procedere, hoc hunc in modum intelligendum eſt, quòd humor radicalis & quod ex eo prouenit ſunt ſicut radix & arbor, quorum vnum abſque altero eſſe non poteſt, nec viuere.

Similiter hîc intelligendum, hęc duo ſic vnita, ac coniuncta non poſſe ab inuicem ſeparari. Humor itaque radicalis & ſpiritus vitæ cum ſuis humoribus vitæ, ita corporibus & membris inſunt, vt tonus in metallo quod non videtur, ſed auditur: ſic etiam ſpiritus vitæ & radicalis humor inſunt corporibus. Stultum certè eſſet, ſi conaremur eum emendare, aut per eum corpus renouare, ſed æquum potius eſſet, corpus & materiam, quæ ex eo & cum eo naſcuntur, & oriuntur, reſtaurari & renouari. Colligi inde poteſt reſtaurationem & renouationem ſolummodo eſſe tranſmutationem materiæ ſiue membrorum exiſtentis in corpore ex ſuperfluitate, ita vt omne quod ex corpore nec non ex humore radicali prouenit, hoc decidat, & aliud eius loco renaſcatur, vt de

arbore

arbore intelligimus, de qua folia, frondes, flores & fungi decidunt, & nascuntur iterum: lignum tamen non mutatur, nisi ipsum caderet, sed manet. Ita etiam manet humor radicalis, hoc est vita in corpore, & corpus cum ea reijciant à se capillos, vngues, dentes, similia, quæ postmodum renascuntur. Hæc est restauratio & renouatio, qua hoc ipsum quod restaurandum ac renouandum venit & potest, restauratur & renouatur. Quoniam vnaquæque restauratio & renouatio contingit in superfluitatibus, & in illis quæ ex ipsis optimis nascuntur, & proueniunt.

Quo nam itaque modo corpus restaurari ac renouari valeat, satis à demonstrationibus quas fecimus intelligi potest, & à superfluitatibus quę non crescunt in materias, vti capilli dentes, cutis, vngues &c. at sunt in corpore vt superfluitates quæ non excrescunt in materias, aut substantias corporales, sed remanent in sua essentia, prout quatuor humores, vel complexiones existunt.

Vna quæ prouenit ex humiditate & frigiditate, quæ in toto corpore retenta nataque est non habẽs peculiarem naturam nec aliquod initium à quo proueniat, vt de quatuor complexionibus probatur.

Altera prouenit ex contrarijs, ex calore & siccitate, est etiam in corpore, nec habet peculiarem mansionẽ aut originem, liquorem atiã facit.

Tertia est frigida & sicca, nascitur eadem via. Quarta verò calida & humida, quemadmodum duæ primæ, procedens.

Accidit etiam tales quatuor humores in omnibus corporibus non existere, sed nonnunquam

vnum aliquãdo, quandoque tres, vel etiam quatuor. Ex his animaduertendum est eos per restaurationem & renouationem consumi & expelli, hac de causa quod natura, hominisque vita absque eis bene consistere queant, atque eis prorsus non indigeant, cum solum sint superfluitates, non secus ac feces in vino, & flocces vindemiarũ ab eo recedentes. Sic etiam de quatuor complexionibus in homine apparentibus intelligẽdum est, eas non renouari, nec restaurari, quòd dictæ complexiones ex nullo membrorum oriantur, neque ex maioribus, neque ex minoribus: non sunt etiam in sanguine, nec in carne, aut in similibus alijs. Sciẽdum etiam est sanguinis complexionem ex sanguineo iecinore oriri, Melancoliam ex splene, & coleram ex felle & phlegma ex cerebro, quod tunc esse non potest, & similibus. Nam dicta membra nulli homini præbent suam complexionem, cùm complexiones veniant in natiuitate, & permanent in mortem vsque: nec hac de re disputare est nostri animi, cùm à textu nostro de renouatione & restauratione nimium distet.

Cum igitur illæ quatuor complexiones nullum habeãt locum, nec originem in corporibus, sed existant in spiritu vitæ, & humore radicali, non possunt renouari aut restaurari: verum vbi corpus clarificatum fuerit, tum etiam earum natura clarificatur. Mentionem facimus etiam in textu nostro, distributionem, complexionẽ, ætatis, regionis, & regiminis minimè æstimandam, quòd ex his tribus corpori nullæ complexiones imprimantur. Fieri quidem potest senectutem corpori

SCD Lyon 1

corpori tristitiam inducere, non est tamen complexio: sic regio potest phlegma introducere, nõ est idcirco complexio phlegmatica. Bilis similiter potest efficere vt quis flauum concipiat colorem. At hæc hîc non sunt discutienda, cum declarentur, vbi de conseruatione corporum agetur. Ad similem distributionem peculiaris requiritur quidam intellectus, quo percipitur non esse solum humores, sed aliquando mineralia, aliquoties corruptiones, quæ quidem omnes sunt superfluitates contra naturam & virtutem. Pariter de membris capitis dicendum, quæ taliter renouationi & restaurationi resistunt, quod nullã renouationem admittant, nec restaurationẽ sentiant: nã hoc ad se non attrahunt. at omne quod per ea transit, & in eis præparatur, non aliter ad se id recipiunt, quàm vt nutrimentum, & non vt medicinam: Attamen si in eis humores aut aliæ superfluitates existerent, expellerentur. Sic de reliquis membris intelligendum, ossibus videlicet, medullis, cerebro, corde, hepate, pulmone, renibus, liene, stomacho, intestinis, cartilagine, & musculis. Sciendum etiam est in sanguine esse corruptionem & superfluitatem, quòd est accidens. Itidem & in carne. Hoc accidens purgatur in renouatione & restauratione, non quòd renouetur sanguis, sed quòd id quod prauum est ab eo amoueatur & quod bonum est prædominetur. Sic & de carne.

Cum itaque breuibus explicuerimus quęnam renouari ac restaurari queant, etiam sciendum est leprã, caducum, maniam, pustulas, & similia,

SCD Lyon 1

Podagram quoque, chiragram, artheticam, & plerique alij morbi in renouatione & restauratione tolli, nisi fortè sit morbus qui ex natiuitate suam sumpserit ac habuerit originem. is enim non aufertur.

De lepra autem sic intelligendum, quòd sit inuersio quædam in corpore, per quam non solum lepra, sed etiam qualiscumque grauior morbus cōsumitur & expellitur: non quòd lepra ea via & forma separetur à corpore, quo purum ab impuro, sed quòd lepra conuertatur in sanitatem, prout cuprum in aurum purum fit, & ferrum in cuprum. De quo non est quòd aliquis miretur. Nā restauratio aut renouatio hoc in se habet, quòd consumat id quod prauum est, non aliter quàm ignis impuritates in argento vel in auro, & quod purum est, relinquit. Eodem modo Caducus & Podagra tolluntur. nam ibi renouantur omnia quæ in toto corpore sunt, sanguis & caro, & quicquid in eo comprehenditur, nihilosecius atq; pro ut Alcali purgat leprosum mercurium in optimū argentum. Sic etiam restauratio & renouatio transmutant corpus in bonam essentiam vt supra à nobis dictum est.

Renouatio igitur & restauratio quicquid in corpore superfluum, & naturæ incongruum est, expellit, & omne id quo natura nō indiget, & quod nullius est rei transmutat in bonum, omnia item restituit, ac vt iterum crescant efficit, reiuuenescitque totum corpus, vt suprà diximus, cùm ei nihil eorum quæ in rerum natura sunt, resistere possit.

Qua igitur via corpus restauretur ac renouc-

SCD Lyon 1

nouetur, videndum est. hoc fit sui accensione quam habet in spiritu vitæ, & humore radicali, ex qua prædictæ operationes fiunt, instar vrticæ virium adurentium. Quis tam aptus qui causas eius inuestigare possit, cùm in actu non appareat materialiter, aut sensibiliter, vel substantialiter? Sic etiam est renouatio & restauratio accensio quædam naturæ ex viribus quæ nobis non sunt exprimendæ. Hoc certè nobis palam est, omne id quod visibile est per ignem purgari & mundari. Naturale quidem est hoc ipsum per ignem, & non per aliud quippiam fieri. Quare duplicem ignem intelligimus, materialem & essentialem. Materialis operatur per flammam & ardorem: Essentialis per sui essentiam & virtutes, instar Cantharidum cutem adurentium, ac in bullas eleuantium, prout violentissimus ignis, cùm tamen ignis, nec ignis esse percipitur, idem de flammula & vrtica, vt superius dictum est.

Simili via renouationem & restaurationem suas operationes habere constat quum veniunt in corpus, & se in eo per coniunctionem vniunt, fitque ibidem similis operatio prout in Mercurio, Saturni aut Martis, qui cum suo Realgare in ignem mittitur, quorum neutrum calidum aut igneum sit, aduruntur nihilominus simul vt lignum, perfectumque metallum in ambobus in fundo inuenitur, quod prius omnino leprosum extiterat. Quis enim id ipsum inuestigare queat, quod experimur in minera Mercurij quę per sal circulatum liquefacta transmutatur in Mercurium? cùm nullam eius simili-

SCD Lyon 1

tudinem aut formam habeat. Non aliâs de renouatione & reſtauratione eſt cenſendum, quæ hac via ſuas operationes perficiunt, prout calx aqua extincta per ſe ipſam purificat, ac aſperitates eius eſſentiali extinguuntur igni: Vel Naturæ noſtræ renouatio & reſtauratio non aliter intelligenda eſt, quàm in Halcione, ſiue Iſpida, quæ auis propria ſui natura renouatur. Plura huic ſimilia reperiuntur, quæ poteſtatem id faciendi habent, & re ipſa faciunt, quorum nos in Archidoxis noſtris mentionem ſæpius facimus, & multo magis in Secretis noſtris; in quibus multa eſſent inueſtiganda, quæ minimum à textu noſtro de renouatione & reſtauratione diſtarent: & ſecundum ea quæ ibi demonſtramus, ſimiliter hìc de renouatione & reſtauratione intelligendum, vbi confitemur nos non plenè cognoſcere qui nam ignis operetur, etiamſi videamus eum abſumere lignum quòd ſuo vehementi calore ſuperet ac conſumet quemvis alium. Quare hæc omiſſa faciamus, quæ alibi à nobis latius enucleabuntur.

Cum iam ſatis ſuperque de renouatione & reſtauratione dixerimus, demonſtremus nunc ea quæ renouant & reſtaurant: Illa certè in Archidoxis noſtris præparare ac conficere ſcripto docuimus, ac ſuis nominibus intitulauimus vt cognaſcantur. Nunc compoſitiones ponere volo, & primò proceſſus.

Primùm itaque cum nos docemus ſimplicia & arcana, intelligendũ eorum operationes multipliciter fieri. Quædam enim reperiuntur quæ violenter mundant per renouationem & reſtauratio-

SCD Lyon 1

rationem, lepram, præterea nullum alium morbum, ſunt tamen perfecta in renouatione & reſtauratione, excepto in diſtinctionibus morborum, vt ſunt quinta Eſſentia, Myſterium, & Elementum antimonij, quod corpus vnà cum lepra mundat, non aliter quàm ſi purgaret argentum & aurum in ſua liquefactione, nec in eis aliquid immundi relinqueret.

Similiter Elementum Solis, quinta Eſſentia auri, nec non oleum eiuſdem lepram cum omnibus morbis tollunt, renouant, ac reſtaurant. Sic etiã quintæ Eſſentiæ Ellebori, Chelidoniæ, meliſſæ, valerianæ, croci, mannæ & betonicæ, renouant corpus, exceptis morbis, quorum ſupra meminimus, quos nec diminuunt. Quintæ etiam Eſſentiæ perlarum, ſmaragdorum, ſaphirorum, rubinorum, granatorum, Iacinthorum renouant ac reſtaurant corpus in omnem etiam perfectionem, & tollunt vnà tartareos morbos, vt calculum, arenam, podagram, chiragram, artheticum, congelatum, & coagulatum, & his ſimiles qui ex tartaro ortum habent vel naſcuntur.

Quinta Eſſentia quoque & magiſteria mineralium liquorum (aliàs metallicorum) renouant ac reſtaurant totum corpus abſque aliquo defectu eum morbis, Caduco, ſyncopi, ſuffocatione &c. & quicquid de priuationibus ſenſuum fuerit vt mania, vitiſſa, phreneſi, &c.

Magiſteria & eſſentiæ tartari & Alcali renouant etiam corpus cum perfectione reſtaurationis, tolluntque quæque apoſtemata, putrefactiones & humores groſſos.

SCD Lyon 1

Similiter quintæ essentiæ, extractiones, & magisteria de pharmacis maioribus renouant quoque ac restaurant totum corpus, febres quotidianas, quartanas, synochas, ephemerasque tollunt.

Elixiria (siuæ primæ primarum) quoque renouant ac restaurent totum corpus, mulierumque omnes morbos vnà cum eorum accidentibus tollunt, vtrumque tam masculum, quàm fæminam frugiferos reddunt. Arcana quoque tollunt omnes morbos diuturnos & incurabiles, renouant ac restaurant corpus, pristinæque virtuti ac viribus restituunt.

Balsami etiam essentia renouat ac restaurat, corpus, tollit pleureses, ac pestem mirabili cum operatione. Sunt & aliæ plurimæ, quæ in alijs locis à nobis demonstrantur ac mentionantur, quæ excellentiores sunt, quàm à nobis scribi debeat, operationes perficiunt. In his tamen animad uertendum compositiones sore obseruandas: nam & si plurimæ sint, nulla tamen earum est sufficiens per se in generali quousque tartaros ac tartaricos morbos curare vel expellere valeant. Modum igitur & practicam naturæ intẽtionis ad finem vsque demonstrare volumus. Et quamuis omnes processus hic non ponimus, cùm non sit omnino necesse: nam qui nos intelligit, nostra scripta percipiet. Qui verò nos non intelligit, scriptis nostris non poterit edoceri: attamen satis abunde omnes processus ponemus. Hoc vnum solummodo nobis molestum est, ea scribere, quæ à multis scripta sunt & nota. Nec potest in hac tota perfectione melius

SCD Lyon 1

lius aliquid accidere, quàm ſolum per primum ens, cui ineſt ſingularis natura, eſſentias in corpore tranſmutare, ac conuertere, inuertere, ac auertere.

Ipſum namque ens eſt imperfectum compoſitum quod ſupra ad aliquem certum finem, aut incorporatum vel incorporatiuum prædeſtinatum eſt. Et cùm non ſit perfectum, poteſt omne id in quo incorporatum eſt, alterare: vt Mercurius, qui eſt vnum imperfectum primo enti in illa imperfectione. Qui etſi ſit determinatus & finitus, non eſt tamen ex imperfectione mutatus, ſed in ea definitus.

Mercurius quoque poteſt totum corpus renouare: nam in ipſo eſt admiranda quædam vis laxatiua, & alteratiua, quæ ſatis indagari nequit. Eſt nihilominus totus imperfectus, ac inutilis in ſua operatione, quia Mercurius eſt, & primum eius ens, in aliud corpus prædeſtinari non debet: nam vt ipſe eſt, talis eſt eius perfectio.

Nos loquimur de primo ente quod perfectum poſſit renouare & reſtaurare totum corpus, vt & primum ens ſiue ſperma auri: hac de cauſa quòd ſpiritum auri in totum occupat, qui ſubtiliſsimus eſt, ac ipſo vero auro ſubtilior.

Quamobrem primum ens auri eſt penetrabile prout Mercurius in metallum, habetq; in ſe cum eo ſpiritum ſalis, per quem coagulatur. Nam ſpiritus ſalis, qui primum ens coagulat, aufert ab eo tantas vires, quòd aurum pro centeſima parte non ſit ita potens in ſuis viribus, ac ſuum primũ ens: non aliàs quàm præſtantiſsimum vinum

SCD Lyon 1

congelatum amplius ad priſtinas vires non redit.

Sic etiam ſciendum eſt, cùm nos de Renouatione & Reſtauratione pleniſsimè ſcribamus, quòd primum ens, hoc eſt auri primam compoſitionem, quæ etiam liquor eſt, renouat ac reſtaurat omne id quod comprehendit, ne dum ſolùm hominem, verùm etiam aliquos fructus, herbas, & arbores. Quod non aliter intelligendum venit quàm alicuius metalli minera, quæ maioribus virtutibus eſt dotata quàm ſuum metallum: quoniã ea eſt ſpiritus arſenici vis, ſalis, ſulphuris, & Mercurij, quæ quidem omnia in metalli purgatione recedunt permanente metallo in vna eſſentia.

Idipſum intelligendum eſt de primis entibus Marcaſitarum, vt antimonij quod nõ minus quã auri primum ens recognoſcendum eſt. Nã in Antimonij primo ente talis exiſtit virtus, vt omne id quod apprehendit & arripit, in ſeipſum tranſmutat ex propria natura, non aliter quàm Antimonium ipſum per ignem efficit. Nam in eius coagulatione omnes virtutes ab eo auferuntur. ſeparat omne id quod à radicali humore oritur à corpore, renouatq; totũ ex vero fundamento, quòd eius primũ in tali prædeſtinatione ſitũ ſit, vt ex eo talis eſſentia procedat, vti ex igne calor. Idẽ dicendum de primis entibus reſinarũ. Primũ enim ens ſulphuris eſt renouationis & reſtaurationis corporis plenaria trãſmutatio. Nã primũ ens ſulphuris eſt ita vehemens, quòd omnia entia metallorũ in ſuam eſſentiam fingat, eorum operationes adimat, iterum in primam materiã reducat: Et poſtmodũ in nouũ perfectũ corpus perficiat. Quandoquidẽ primũ ens ex ſulphure prodiens tãtas in

humano

SCD Lyon 1

humanocorpore habet vires, quòd omnes radicales humores renouat in omnib. eius partibus.

Similiter possumus dicere de primis entibus gemmarum, quæ in prima sui essentia redactæ possunt validissimè totum corpus in pristinas vires reducere, ac emendare ab omnibus suis impuritatibus, renouare & restaurare, non aliter quàm ignis saturnum in purissimum vitrum reducit. Nam Smaragdi primum ens se ipsum regenerat & renouat, quòd à principio perfectum corpus extiterit. Prout etiam marmor viride qui ex propria prædestinatione talem habet naturam, quòd se resoluat & renouet ab omnibus immunditijs, & impuritatibus, iterumque se coagulat quoad vsque purum euadat: quandoque sic tertio, quartoque sese renouat ac reiuuenescit, & quanto magis se regenerat, tanto purius ac constantius efficitur. ita fit vt ipsum maiores alijs primis entibus virtutes habeat, quæ alias longè præcellunt.

Sic etiam de primis entibus salis putandum, ea esse maiora iuxta vires spirituales, quàm in sua perfectione. Vt primum ens vitrioli permutat omne metallum album in rubrum, & rubrum in album, dominatur omnibus perfectionibus in ipso comprehensis: renouat ac restaurat alia imperfecta corpora metallorum, vt stagnum in suum primum ens, & iterum in stagnum cui plus virtutum inest, quàm in stagno veteri.

Reducit etiam in humores radicales quicquid ex humoribus radicalibus procedit, redditq; materiam copiosiorem & pleniorē, nullumq; aliud vehementius in humore radicali operatur.

Ita etiam se habet prima essentia herbarum &

SCD Lyon 1

arborum: antequam enim suum corpus & caulē acceperunt, millies potentiora in suis virtutibus fuerant, quàm incorporata.

Melissæ primum ens totum corpus restaurat ac renouat, quod non ita plenè in sua substantia posset perficere. Quandoquidem intelligendum est Halcyonem non ex sui natura renouari aut restaurari, sed quia natura talis est, vt viuat ex primis entibus ad hunc modum vbi corporibus herbarum, vel seminum, & similium vescitur, stomachus eius per digestionē illa reducit in primū ens, & postmodum in primo ente perficit suas operationes, cùm eius digestio solùm in primis entibus prædestinata sit. quo fit etiam vt antea suum cibum & potum in primum ens transmutet. Quāobrem solùm ijs corporibus vescitur quæ regēnerant, restaurant ac renouant: quibus etiā alitur: estque eius naturæ quòd post mortem sese renouat ac restaurat, nec prima entia eo viuente progressum habere possunt, cùm auis huius vita vires omnes eis adimat, illaq; in carnem & sanguinem conuertat. quum verò moritur, annuo tempore elapso iterum viret. Et sicut prima entia in terra se demonstrant, ita etiam in eo palam fiunt, renouant ac restaurāt nouam cutem, quod summoperè admirandum est in natura, in suis viribus, atq; virtutibus. Quę nisi oculis cernerentur, incredibilia forent, & si scriberētur. Hac de causa euenit quòd inæqualib. temporibus appareant, aliquæ tempestiuius, aliquæ tardius, iuxta quod prima entia comederint. nam aliquę citius aliquę tardius nascuntur, ac se demonstrant. Item plurimi vermes nascuntur qui sese renouant ac restaurant,

SCD Lyon 1

rant, ea de causa quòd primis entibus alantur, dũ in terra adhuc sunt imperfecta. Admiranda multa à nobis sunt occulta, multoq; plura quàm nobis innotescant. De quibus copiosius scribi posset, nisi tam remota à textu libri de Renouatione & restauratione distarent.

Et quamuis nos prima entia, sicut scripsimus, non possimus accipere in ea essentia, prout demõstrauimus, est nobis nihilominus possibile. Nam si cognoscimus vbi nam auri mina lateat, ibidem primum ens auri etiam inueniemus, vbi tamẽ ante perfectionem eò peruenerimus, signa siquidẽ habentur à quibus cognosci potest quæ Metalla. sicut etiam dum est in primo ente, efficit vt maturius flores prodeant, arboresque ac fundi sint fertiliores: renouat veteres arbores, vt sępius accidit, quòd arbor quædam nullũ fructum in 20. annis produxerit, si primũ ens auri eam aut eius radices arripuerit, virere ac florere sicut prius incipiet. Multo plura admiranda cõtingunt in primo ente auri, quàm quæ hîc scribimus. est nihilominus demonstratio quædã primi entis quod illum ibi iaceat ac existat.

Verũ vbi flãmæ & scintillæ fuerint, iudicandũ erit quòd illud metallũ ex primo ente prodierit, quòd in coagulationẽ se dederit. Signa hæc de origine mineraliũ habentur quæ ad aurũ, ad argentũ & alia metalla pertinẽt. Sic etiã alia signa aliorũ primorũ entiũ de eorũ originẽ intelligenda sunt. Quũ itaq; huiusmodi signũ inuentũ fuerit, intelligendũ est, hoc primũ ens nõ esse cõgregatũ in vno aceruo, vt fit quãdo in sua perfectione iacet, sed p totã terrã eo in loco dilatatũ. Quare hæc terra est in virib. primorum entiũ quidem, & ex qua

illud elicitur. sic se habet de Chelidonia, quæ si non fuerit composita, primum eius ens est in terra in qua situm est. qua de causa terra similis accipi debet, & ab ea tandem extrahi, vt de Chelidoniæ viribus demonstrauimus. Sciendum est esse differentiam inter primum ens, & perfectionem, quòd primum ens renouare possit, rationibus per nos adductis: at Primum ens habet solũ virtutes coagulatæ naturæ, quibus adhæret, perfectio verò non. Inde colligendum est, si huiusmodi virtutes primorum entium haberi velint, à sua coagulatione sunt remouendæ corrumpendæq;, prout in Arcanis & Quinta Essentia demonstratur. Quod in ente primo maiores sint vires, miretur philosophus quòd cũ in & ex terra, ex qua essentialiter in qua nascitur herba, antequam incorporetur, omnes virtutes herbæ posse haberi ac conseruari, suoque loco reposita terra, solam terram frugalitatis fore expertem. quòd primum ens quod in terra iacebat sit ei ademptum. Vnde fit, quod vt primi entis vis vitro conclusa: eò inquam perducta in se ipsa eiusdem herbæ formam præter omnem terram producat: & postquam excreuerit, nullum corpus habeat, at corpori simile quid formatum. Cuius causa est quòd non habeat liquorem terræ. estq; eius semen, aut caulis nihil aliud quàm visui quidpiam apparens quod digito in succum iterum redigi potest, instar fumi, qui substantialem formam induit, tactus tamen expertem. In eiusmodi concretis est primũ ens incorruptum, & in omni perfectione, prout in terra. Quamobrẽ ex ente primo auri ad hunc modum nascitur, quoddam aurum conclusum,

SCD Lyon 1

ſum, quod in tactu ſimile eſt aquæ rubeæ : quod ebullit & exaltatur in modum auri. Omiſſa tandem hæc faciamus, ac conferamus nos ad ea quæ renouant & reſtaurant, quiq̃ue ea iuxta artis poſſibilitatem præparentur, ac fiant: quæ licet breuiter à nobis conſcripta ſint, intelligentibus tamen qui medicinæ & philoſophiæ præceptis imbuti fuerint, ſatis ſuperq̃ue patefacta ſunt.

Primò itaque nobis eſt ſciendum, cognoſcenda eſſe ea quæ renouant & reſtaurant, vt iam demõſtraui mus, quæq; eorum, à quib. primum ens ex eis extrahendum ſit, & eo renouandum & reſtaurandum : &, vt noſtræ ſemper fuit intentionis ponimus hic quatuor myſteria renouationũ, Mineralium nempe, Gemmarum, Herbarum, & Liquorum, prout ſequitur, vt infrà eſt videre.

Primum ens Mineralium.

Recipe mineralis auri vel antimonij minutim contuſi ℔.j.s.

Salis circulati ℔.iiij.

Miſceantur ſimul, ac digerantur in fimo equino per menſem. inde fiet aqua cuius purum ab impuro ſepara. Purum, in lapidem coagulato, quem poſtea vino rectificato, calcinato : ſeparabis q; iterum, ac ſuper marmore ſolues. Aquam putrefieri ſines per menſem, inde fiet liquor, in quo contingent omnia ſigna vt in primo ente ſolis, vel antimonij. Quare meritò primum ens illarũ rerũ dici poteſt. Idẽ de Mercurio & alijs intelligendũ erit.

Primum ens Gemmarum.

Recipe Smaragdorum minutiſsimè contri-

SCD Lyon 1

torum ℥.j.calcinentur in ſale ſoluto, quoaduſq; in albedinem conuertantur : poſtmodum ſoluantur: Quod verò ſolutum fuerit cõijciatur in phialam ſigillo Hermetis clauſam, ac ponatur ſuper nudum ignem vitro nudo, materia in altum ſuſpenſa, vt fundum non attingat, idque tam diu, quoad à ſpirituali natura decidat in fundum in corpus, vt liquor metallorum (aliàs mellis). Hoc patefacit virtutes ſmaragdi. Quare merito primũ ens ſmaragdi ſiue metallorum vocari poteſt.

Primum ens Herbarum.

Recipe Chelidoniam vel meliſſam, ac in pollinẽ redigatur, quam in vitro Hermetis ſigillo clauſo ſigillato reconditam, in ventre equino per menſem digerendam ponito, quam iterum per arenã ſpatio menſis digerito. Poſtmodum ſepara purũ ab impuro. Purum effunde in vitrum cum ſale ſoluto. quod clauſum exponatur Soli per mẽſem quo finito inuenies in fundo quendam liquorem ſpiſſum, & ſal deſuper natans. Hoc ſeparato. Atq; ita habebis Meliſſæ virtutes, vt ſunt in primo ente, & vt primum ens meliſſæ eſt.

Primum ens Liquorum.

Recipe mineram ſulphuris, & ſal ſolutum : reſoluantur per ſe in aquam, quam diſtillato quater, & aſcendet albedo quædam, quæ omnes virtutes primi entis ſulphuris demonſtrat. Quare eam meritò loco primi entis ſulphuris habere poſſumus, ac nõminare. Deſcriptis itaq; primis quatuor entibus, Conſiderandi ſunt eorum vſus qui & arripiendi vt eorum virtutes percipiamus.

Res

SCD Lyon 1

Res itaque ita se habet, nempe vt eorum primorũ entium quoduis in vinum optimum ponatur, tanta quantitate, vt vinum eo tingatur, quo tincto, præparatum est ex hoc regimine. De hoc vino singulis diebus mane in aurora bibatur, donec primo decidant digitorum manuũ vngues, postmodum pedum, inde pili & dentes, postremo vt cutis exsiccetur, & renascatur noua.

His omnibus peractis, ab hoc medicamento cessandum est. Crescent enim iterum noui dentes, noui pili & recentes vngues, recedent morbi corporis & mentis, vt suprà declaratum est. His librum nostrum de Renouatione & restauratione conclusum volumus.

ARCHIDOXORVM PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi atq; vtriusq; Medicinæ Doctoris.

LIBER III.

De separationibus Elementorum.

NTEQVAM separationis Elementorum declarationem aggrediamur, quædam etsi de Generationibus rerum non vsque adeo cõsona in maiorem & clariorem eiusmodi separationũ intelligentiã ponemus: tamen, vt facilius separa-

SCD Lyon 1

tionum ſenſus intelligatur: nam conuenientius res omnis ad finem ſuum perducitur, vbi maturo prius intellectu, primùm quis finis eius exiſtat, cõſideratur: eo enim practica lucidior euadet. Quatuor igitur omnibus in rebus eſſe affirmamus, ex quibus proficiſcitur res quæque prædeſtinata. Quî tamen hæc quatuor elementa (cùm ſint ſibi inuicem contraria) cõcordare, ac morari poſsint, ita vt ſibi non noceant, ad hunc modum eſt intelligendum. Cùm Elementorum mixtio ſit in prædeſtinato ordinata & corroborata, pro certo eſt habendum, in eis nullũ pondus ineſſe, ſed quòd in vnius quàm alterius rebus maior exiſtat dominatio. Hoc ita intelligendum, quòd in digeſto & fermento prædeſtinationis potentius dominatur, aliaque ſubiugat Elementa: hoc ipſum ad ſuã perfectionem perducitur ſecundùm ſui naturam & proprietatem: reliqua tria ad perfectionem nõ perducuntur, ſed ſunt tanquam in ligno incluſa, quare elementa vocari non debent, cùm non ſint perfecta, niſi vnum. Nec eſt hìc intelligendum, vt quum loquimur de Elementis quæ finaliter omnibus rebus inſunt, vt quatuor in eis finita ſint, at finitum vnum, reliquis imperfectis manentibus propter vires potentioris elementi. Hinc fit vt ea ſimul conuenire poſsint, cùm in tribus nulla ſit perfectio: quare nec vlla corruptio ex contrarietate dominari poteſt. Ita etiam Elementum quod dominatur vni generi in quo eſt prædeſtinatum. Quare ipſi nulla corruptio, neque mixtio adhærere poteſt, prout de Generatione ponimus. Cũ igitur non ſit niſi ſolum vnicum elementum in ſingulis rebus particulariter, non eſt neceſſe in illis

SCD Lyon 1

lis quærere quatuor elementa, cùm tria in perfectione posita non sint. Finaliter pro certo nobis est sciendum, omnibus in rebus esse quatuor elementa, sed non actu quatuor complexiones. Res ita se habet: Substantia continet in se Elementũ aquæ, vt in Nenufare, in quo nulla est terra, nullus ignis, nullus denique aer: item in eo nulla est similitudo caloris vel siccitatis, nec vllam habet, sed suum prædestinatum est aqua, ac vnicum elementum aqueum, sub quo in agnata sua natura nulla est caliditas, nec siccitas. Quanquam hæc ita se habeant, penes ipsum adhuc tria sunt elementa, sed non ex alijs tribus, quæ perfecta nata non sunt, quæ nec principium, neque auxilium ab illis habent, sed habent principium ex prædestinatis elementis, quod in eo genus impressum sit. Et quamuis id pugnet contra Philosophiam, quod vnum prædestinatum elementum alijs adhærens ex sua natura in se non habeat alia tria, est tamen credibile & hoc idem, quòd elementum & substantia absque aliquo respectu separari debeant. Quod sic intelligendum est: Substantia non est ex eo elemento quod substantiam tingit ac elementat, nec elementum ex illa substantia, sed pariformiter simul conueniunt vt corpus & anima. Itidem intelligendum vnumquodq; corpus crescentis alicuius complexionem similem habere, similiter & elementum. Et quamuis elementum in crescentis corpore non sit visibile, nec tangibile, neque demonstrabile, hoc eo fit quòd hoc elemtẽum propter suam subtilitatem fortius sit, ita quòd alia elementa crescentium subiuget. Sunt nihilominus in corpore, absq; demonstra-

SCD Lyon 1

tione tamen. Exempli gratia, Acetum permixtũ aqua, est aceto similis, & quamuis acetum ei immutarit suam essentiam, nihilominus manet incorrupta complexio aquæ, nec est acetum ea de causa, verùm æquè vt prius aqua, & quamuis aquæ virtutes non exerat, per hoc non stat quin eas adhuc habeat.

Propositionibus itaque istis volumus demonstrare qua via separationes elementorum fieri debeant: in quibus duæ practicæ nobis intelligendæ veniunt. Vna quæ spectat ad separationem prædestinati elementi, quam in libro de Quinta essentia declarabimus. Altera quæ pertinet ad quatuor elementa, quæ sunt substantialia in crescentibus. Per hoc intelligitur prædestinatum Elementum esse quintam essentiam, nec posse ab ipsa separari secundùm tria elementa, vt infrà de Quinta essentia sequitur. Verùm vbi de quatuor Elementorum separationibus loquemur, intelligendum de illis quæ essentialiter in corporibus existunt. Hinc plurimi in varios inciderunt errores quod in prædestinato elemento quæsierint quatuor elementa, vltrà Quintam essentiam, quod minimè potest.

Sciendum est præterea, cùm quatuor elementa corporis separanda sunt, ita quòd ignis vnum sit, secundum aqua, tertium simile aeri, quartum verò terræ iuxta suam complexionem, ita vt elementa aut in suis formis compareant, vel in complexionibus: Aqua vt aqua, aer vt aer, terra vt terra, & ignis vt ignis. Hæc subtiliter interpretanda sunt, tum demum per similitudinem bene fieri potest, vt illa pro vnione sumantur elementorum.

SCD Lyon 1

torum. Non quòd Elementum Ignis in actu sit visibile vt ignis, sed vt complexum quoddam, calidum & siccum vt ignis, & sic poterit vnumquodque elementum suam essentiam, naturam & proprietatem vt complexionem incorruptas retinere. Nec est etiam putandum, herbam quæ in se multum caloris, vt Vrtica, continet, plus habere Elementi ignis, sed existimatur suam quintam essentiam esse calidiorem quinta essentia Camomillæ, quæ minus caloris in se habet vel continet: Elementa verò corporis accipiunt magis aut minus ex sua substantia, vt lignum, quod in se plus caloris continet quàm herbæ: sic & lapides habent in se plus siccitatis, & terreitatis quàm resinæ. Notato pariter quòd sicut gradus & quantitates quintæ essentiæ veniunt ex prædestinato elemento, & gradus corporaliũ elementorũ ex formis substãtię q̃ inæquales sunt, sic etiã intelligendũ separationes corporaliũ elementorũ fieri ab vno quod est in omnib.

Ad practicã igitur veniendum, quæ duplex est: vna quæ ex puris elementis tria docet elicere, vt ex igne ardente, ex inuisibili aere, & ex vera terra, ac etiam ex naturali aqua quæ deputatam originem vt præcedentia non habent.

Altera est, ex quibus illa quator existunt, vt supra diximus, cũ differentia tamen eius quod plus exhibet elementi aquæ, terræ, & aeris, cum essentialium elementorum formę similitudine, & cùm ad hunc modũ separata fuerint, nunquã possint corrumpi, nisi corrumpantur extra cõplexionẽ.

Animaduertendum igitur elementa in separatione similia in forma & colore inueniri, vt sunt in

SCD Lyon-1

essentialibus elementis : nam aer apparet, vt aer, qui nec concludi potest, vt aliqui falsò opinati sunt. hac forsan de causa, quòd in momento separationis aer se exaltat, ac vt ventus se erumpit, aliquando cum aqua sursum ascendit, cum terra nõ nunquam, ac etiam cum igne. Nam in aere est admiranda quædam exaltatio, præcipuè cùm ab elemento essentiali aquæ separatur aer, vt fit in bullitione, & qua incipiente separatur aer ab aqua, secumque leuissimam aquæ substantiam defert, & quantò magis aqua minuitur, ipse etiam iuxta suam proportionem siue præparationem & quãtitatem imminuitur.

Notandum igitur, nullum elementorum excepto aere arripi posse, verùm aliorum vnumquodque absque alio. Quare non suscipimus onus aerem separandi seorsim, cùm sit in alijs tribus elementis vt vita in corpore, quæ cùm à corpore fuerit separata, omnia iam perierunt, vt clarè de quatuor modis Separationum docemus in sequenti practica.

Quatuor igitur hoc loco viæ considerandę veniunt. Prima est ex aquosis corporibus, vt sunt herbæ, quæ plus aquæ quàm alia elementa habent. Secunda est ex igneis corporibus, vt lignis, resinis, oleis, & radicibus, quæ in se plus igneæ substantiæ habent quàm aliæ. Tertia intelligenda est de terreis corporibus, quæ sunt lapides, lutum, & terra. Quarta verò de aereis, & hoc in tribus alijs omnibus, vt supra meminimus. Totidem etiam viæ de puris elementis intelligendæ sunt, quemadmodum supra de quatuor præcedentibus.

Scien-

SCD Lyon 1

Sciendum præterea eſt quæ, & quî elementa ſe paranda ſunt. Inter quæ primum ſeparationes elementorum ex metallis nobis occurrunt, quoniam in illis elementis ſunt peculiares quædam prædeſtinatæ virtutes, quæ in alijs deſunt: Et quamuis illa elementa ſint ſibi ſimilia in omnib. vt in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, non tamen vna ſiccitas aut humiditas eſt ſimilis alijs, ſicut nec etiam frigiditas aut caliditas: nã in aliquibus eſt appropriatiua, in alijs verò ſtiptica vel ſpecifica varijs ad hunc modũ vijs, vt ſunt in vnoquoque genere naturatæ eſſentialiter, cùm nullum genus elementorum alteri ſit ſimile.

Sic etiam de Separationibus Marchaſitarum, quæ in Practica, & elementali natura ab alijs differunt: nam vnumquodque genus in peculiari ſeparatione poſitum, particulariter practicari debet. Poſtea lapides & gemmæ, quæ etiam cum peculiari eſſentia ſua debent elementa demonſtrari nulla ſimilitudine cum ſupradictis. Deinde ſalia peculiaris cuiuſdam ac excellentiſsimæ naturæ ſunt: maiorum etiam proprietatum, quàm ab alijs percipiantur.

Eſt etiam in herbis diuerſa eſſentia, quæ cum mineralibus nullo modo conueniunt, nec aſsimilantur, & hoc propter ſuam naturam. Poſtea lignorum, fructuum, corticum & aliorum peculiaris eſt quædam proprietas, quæ omnia conſiderari debent: item carnis, potuum, ciborum omnium commeſtibilium, & incommeſtibilium, bonorum & mundorum, malorum & immundorũ, quæ omnia ſeparari debent. Iſtius ſeparationis, de qua hîc, duæ ſunt viæ, quarum vna fit ſepara-

SCD Lyon 1

tione elementi in peculiare vas per se conclusi præter suarum virium corruptionem, excepto aere. Altera via est separationis puri ab impuro quatuor in elementis, ad hunc modum. Hoc est, Quinta essentia omnia deducit in temperatum Postquam vnum elementum ab alio fuerit separatum, crassiorem habent substantiam, suntq; informia, ita quòd hac de causa alia separatorum elementorum eiusmodi sequatur separatio.

Quare practicam istarum omnium declarare volumus. Primò namque sciendum quintam essentiam ab illis rebus extrahendam esse, eo quòd elementa ex corporibus in natura quintæ essentiæ non reliquantur, vt illa elementa nempe possit tingere, minuere & augere. Hoc intelligendum, quòd quatuor elementis in viribus nihil depereat, quum à prædestinato elemento postea quinta essentia extrahatur, quæ pariter elementalis existit & separabilis, quo ad formam elementalem, sed non quo ad diuersas naturas, vt patet de quinta essentia. Per huiusmodi separationes omnes elementales morbi ex vno simplici curari possunt, hoc modo videlicet, quum prædestinationes contra suum non fuerint ordinatæ, vti de Præparationibus ponimus. His satis principia separationum deteximus: quapropter ad earum practicam accelerandum: quarum sunt decem. Vna metallorum, secunda Marchasitarum, tertia lapidum, quarta oleaginosorum, quinta resinarum, sexta herbarum, septima carnium. octaua succorum, nona vitreorum, decima fixorum. Ad istas elementorum separationes tres

viæ

SCD Lyon 1

viæ habentur. Prima per distillationes, secunda per calcinationes, tertia per sublimationes. Accedunt præterea hæc omnia quæ ad hæc necessaria sunt, vt sunt manuum applicationes ad ignem, vsus & labor, & quicquid latius necessariũ fuerit, vt in sequentibus ponetur.

De separationibus elementorum ex metallis.

Ad separationem elementorum ex metallis, opus est optimis instrumentis, continuo labore, summa diligentia, ac artis experientia, manuumque ad hoc opus agilitate. Primô fac aquam fortem ad hunc modum:

Recipe Aluminis
Vitrioli
Salis nitri ana.

Quæ distilla in aquam fortem, hanc iterum ad suas feces affundes, iteratoque distilla, quam aquam lana clarificabis, postmodum resolues in ea Salmiax siue acetum, vel sal armoniacum. His peractis, accipe metallũ in laminas redactum, ac illud resolue in aquam, in eadem aqua, tandem separa per balneum maris: rursus affunde, idque toties donec in fundo reperiatur oleum, ex Sole spadiceum, ex Luna lazureum, ex Marte rubeum, & valde obscurum, ex Mercurio album, ex Saturno liuidum, ex Venere viride, & ex Ioue flauum. Nõ enim omnia metalla sic in oleum rediguntur, nisi quæ prius præparata fuerint, vt Mercurius est sublimandus, Saturnus calcinandus, Venus florificanda, Ferrum crocificandum, stagnum reuerberandum, at Sol & luna facile se dedunt.

SCD Lyon 1

Postquam igitur metalla ad oleum in liquidam substantiam reducta fuerint, atque se disposuerint ad suorum elementorum disiunctionem, quod in metallica natura fieri non potest: nam vnaquæque res ad vsum cuique conuenit, præparanda est. Postmodum ad huius olei partem vnã addes aquę fortis partes duas, & simul optimo ac nouo vitro clausa ponas in fimo equino per mensem. postea distillabis igne lento, ita vt materia coaguletur in fundo, & aqua fortis ascendat, quã distilla per balneum, & habebis duo simul elemẽta, sed non ex omnibus metallis vnicum elementum æquali modo. Nam ex auro manent in balneo elementum terræ & aquæ: æris est in omnib, tribus, & elementum ignis manet in fundo, quia substantia & tangibilitas auri ex igne est coagulata: ergo substantia continetur in substantiali. Ex argento manet in fundo elementum aquæ, & in balneo manet elementum terræ & ignis: nam ex frigido & humido sumitur substantia & corporalitas argenti, quæ est fixatiuæ naturæ, quæq; nec potest eleuari. Ex Mercurio ignis manet in fundo, & terræ & aquæ eleuabuntur. Ex Venere etiã manet ignis in fundo, & terræ & aquæ in balneo manebunt. Ex plumbo manet elementum terræ in fundo, ignis & aqua in balneo habentur. Ex Marte manet vt suprà de Venere. Ex Ioue manet aer in fundo, & ignis, terra, & aqua ab eo eleuãtur.

Notandum igitur aerem in stanno corpus exhibere, præterea in nullo alio metallo: & quamuis aliqua eius pars cum alijs ascendat, & inseparabiliter ipsis misceatur, non est tamẽ corporalis aer, sed concurrens, qui separari non potest.

Est

SCD Lyon 1

Est etiam sciendum, quòd remanentia, hoc est corporale illud elementum quod in fundo remãsit, sit iterum per recentem aquam fortem & balneum in oleum reducendum, & perfectum erit hoc elementum, quod seruabis vt partem vnam: Alia in balneo sic separabis: Pones ea in arenã, vrgebisque leuiter. Primò enim eleuabitur aqua, postea ignis, qui colore dignoscitur, vbi tamen illa duo superessent. Verùm si elementa aquæ & terræ essent, primo sursum ascendit aqua & postea terra. Si verò terræ & ignis elementa forent, tunc iterum primò aqua ascendit, deinde ignis. At si aqua, ignis, & terra simul forent, tunc primò ascendit aqua, dein ignis, ac demum terra. Poterunt hæ elementa peculiaribus vitris seruari, quodlibet in sua natura, vt ex auro calidum & siccum sine quauis alia proprietate: similiter frigidum & humidum, frigidum & siccum. sic de alijs intelligendum. Nec est obliuioni dandum corrosiuam naturam aquæ fortis ex elementis extrahendam esse, prout in libro de Quinta essentia ponimus.

De separationibus elementorum ex Marchasitis.

Posita primùm separatione elementorum â metallis, sequitur vt de separatione marchasitarum hoc loco aliquid dicamus, quæ sic se habet:

Recipe Marchasitarum cuiusuis speciei, siue talci granati vel cuiuslibet alterius ℔. j. cui addes tantundem Salmiax, vel salnitri: contunde simul quàm minutissimè, deinde adures in vitro per Alembicum, & quicquid aquæ ascenderit,

SCD Lyon 1

Quod verò in fundo remanſerit, hoc contuſum aqua forti reſoluatur in aquam, huic dictam prius aquam affundes, & in oleum diſtilla, vt prius de metallis dictum eſt. Eodem proceſſu ſeparabis dicta elementa. ſic erit marchaſita aurea prout aurum intelligenda. Argentea marchaſita vt argentum, plumbea vt plumbum, cuprea tanquam Venus, Talcea, vt ſtannum, ſimilis ferro. Antimonium Mercurio aſsimilabitur & ſic ſufficit de ſeparatione Marchaſitarum omnibus in generibus.

De ſeparatione elementorum à lapidibus.

Gemmarum & lapidum elementorum ſeparatio hac via fit.

Recipe lapidem optimè contritum, cui bis tantum ſulphuris viui addes, quę omnia benè mixta in lebete bene lutato ponantur in Athanar, quatuor diebus, vt ſulphur prorſus abſumatur, poſt modum quod ſupereſt abluatur à ſulphure & fecibus, ſiccetur hæc calx lapidea (hoc non fiet, niſi ipſum prius eximas) & in aquam fortem ponatur, & cum ea procedatur, vt antea de metallis diximus. Cōparantur hi lapides metallis, ſicut puræ gemmæ, quæ nec albæ, nec fuſcæ ſunt puro auro: & vt albæ, cæruleæ, & fuſcæ argento. Poſtea comparantur etiam communiores lapides alijs metallis, vt alabaſtrum plumbo, marmor ferro, ſilex ſtanno, fumus Mercurio.

De ſeparatione elementorum ab oleaginoſis.

Sequitur nunc de ſeparatione oleaginoſorum, vt ſunt olea, ligna, radices, ſemina, fructus & ſimi-

lia,

SCD Lyon 1

lia. quæ combuſtibilem & primi entis habent naturam, ac combuſtioni ſubiecta ſunt. Eſtque duplex eorum ſeparatio, corporum ſcilicet oleaginoſorum, & oleorum purorum. Oleaginoſorum corporum ſeparatio talis eſt.

Recipe Corpus hoc, quod minutiſsimè contuſum & tritum, aut quocunque poteris modo cõminutum, linteo inuolutum, & ligatum ponas in fimum equinum, donec totum putruerit, quod in vno quàm in altero citius fit. Poſtquam iam putrefactum fuerit, in cucurbitam ponatur, ſuperinfundaturque ei tantum vini ardentis, vt ei ſuperimineat quatuor digitis, ac diſtilletur per arenam Quicquid inde exierit (nam aſcendunt omnia præter terram elementa) cognoſces ex colore, (ſines primò exire vinum ardens.) Primum erit aer, deinde aqua, poſtea ignis, vltimò remanet in fundo terra. De puris tamen oleis intelligendum, ipſa non indigere putrefactione, atque abſque vlla additione diſtillari, poſtmodum eorum elementa, vt de alijs ſuprà dictum eſt, ſeparanda ſunt, quæ ſuis coloribus etiam dignoſcuntur. Sic etiam de reſinis intelligendum, quæ in liquida ſubſtantia comparent, vt pice, reſina, therebintina, gummi & ſimilibus: at quæ corporales ſunt, vt ſulphur, prius veniunt præparandæ hoc modo. Hoc prius debet ſublimari, nam oleum ſeparatur ab eo per putrefactionem.

De ſeparatione elementorum in reſinis corporalibus.

Primò accipe ſulphur minutiſsimè contuſum

SCD Lyon 1

quod in ſui duplo olei lini in hepar coquatur. hoc conteres, & incluſum veſica ponatur in fimo equino ad putrefiendum quatuor ſeptimanis : poſtea diſtilletur lentè per alembicum ſuper nudum ignem. Aer & aqua primùm aſcendent, diuiſis pallidis coloribus. aucto poſtmodùm igne ſurſum aſcendet ignis, terra in fundo remanente : ſic apparent colores puri. Aeris color flauus, Aquæ ſpiſsi lactis inſtar, vt à lacte non dignoſcatur : ignis vt rubinus tranſparens. cum omnibus demonſtrationibus. Terra verò prorſus nigra & aduſta. Quatuor elementis ad hunc modum ſeparatis, quodlibet eſt perfectum in ſui elementi complexione, & abſq; permixtione, vt ſuprà diximus.

De ſeparatione elementorum ab Herbis.

Sic etiam in herbis aqueum Elementum plurimum inuenitur, ſi frigidæ fuerint : Si verò aereæ, aereum elementum prædominatur. idem de igne eſt intelligendum. Separatio eorum elementorum talis eſt:

Recipe Saluiam, quam contere, poſtmodum ſi nas putrefieri vt de folijs dictum eſt. Deinde per ventrem equi diſtillabis. & primum aſcendet elementum ignis, tam diu quàm colores & aquæ ſpiſsitudo immutentur : poſteà terra ſuccedit, ac aliqua eius pars in fundo manet, quæ eſt ibi fixa. Hanc aquam diſtillabis in Sole ſex diebus, deinde per balneum, tum primum aſcendet Elementum aquæ, quod paucum eſt : quod guſtu percipitur. qui poſtquà fuerit variatus, & altera ꝗus aſcendet elementũ ignis, donec etiá guſtus altere-

SCD Lyon 1

teretur, tandem pars terræ ſurſum eleuatur, pauca valde, quæ cum aere permixta in fundo reperitur. Idem de aereis & aquaticis herbis eſt intelligendum, quarum aer primus aſcendit, poſtmodum aqua, poſtremò iuxta proceſſum de ſaluia ſequitur ignis.

De ſeparatione elementorum à Carneis.

Sic etiam de ſeparatione Elementorum à carneis, & illis quæ cum ſangnine viuunt, intelligendum eſt, quòd in illis animalibus Corporale Elementum copioſius repertum ſit optimum, vt in piſcibus principale elementum eſt aqua: in vermibus ignis: in comeſtibilibus animalibus carneis aer, prout de Generatione animaliũ poñimꝰ.

Separatio elementorum à piſcibus talis eſt.

Recipe piſces, quos optimè putrefactos diſtillabis per ventrem equi, & aſcendet aqua. Putrefactionem hanc iterabis, ac diſtillabis per ventrem equi, & plus aquæ aſcendet. Hoc toties reitera, donec nulla aqua amplius exeat. Quod reliquum fuerit, diſtillabis per arenam, & exibit ignis in forma olei, & in fundo remanet terra. Sic tota ſubſtantia piſcium ſeparatur in elementa, nec eſt quòd ſolicitus ſis de pinguedinibus & medullis, quoniam vnumquodque ſeparatur in ſua elementa per putrefactionem. Pariter de vermibus intelligendum, excepto quòd non tantùm aquæ exeat, attamen plus ignis, niſi fuerint vermes aquei, vti ſerpentes. In eiuſmodi enim diſtillationibus occur-

SCD Lyon 1

runt multa admiranda quã dici queat. De commestibilibus animalibus idem dicendum, quæ etiam sua elementa peculiariter patefaciunt.

De separatione elementorum ex vndosis succis, vel aqueis vel succorum.

Idem de vndosarum rerum per elementa separatione, vel eorum quæ formam vntuositatis habent, vt vrina, stercus, aqua, intelligendum est. Processus eius sic se habet.

Recipe vrinam, eam prorsus distilla, ascendent simul elementa aeris, aquæ, & terræ, ignis elemento in fundo permanente. Confunde postea omnia simul, distilla quater ad hunc modum, & ascẽdent in quarta distillatione primùm aqua, demum aer &c. & ignis, terra verò remanet in fundo. Recipe tandem aerem & ignem in peculiari vase, quos recondas in locum frigidum, & congelabuntur pinnicidia quædam, quæ sunt elemẽtum ignis, quamuis etiam aliquando inter cõstillandum congelentur, in frigore tamen magis.

De separatione elementorum aquæ.

Aquam sinas bullire per ventrem equi, & in fundo subsidet terra. Quod exierit putrefac suo tempore, postea distilla per balneum, & prius ascendet aqua, & postmodum ignis, stercora, vitriolum, tartarum & quicquid succorum est, vt etiam alumen, sal, & id genus similia alia distillabis per cineres. extrahes ab eis quicquid potueris & ascendent aer & aqua: postmodum

per

SCD Lyon 1

ignem, & aſcendet ignis, terra remanente in fundo. Notandum hoc loco, nam licet ibi quatuor elementa ſeparata ſint, nihilominus remanent in Terra occulta, tanquam fixa, prout in vitriolo manet caput mortuum, hoc ipſum ſublima cũ Salmiax vel ſale armoniaco: ſic in oleum ſoluitur, in quo ſunt aqua & ignis, & terra ſubſtantialiter remanet. Separa per balneum illa duo elementa quæ aſcenderunt, & aſcendet rurſus elementum aquæ, & ignis manebit in fundo. Sic de tartaro nec non de ſalibus intelligendum erit. Et quamuis liquorum plures ſint ſeparationes, latius de Tranſmutationibus declarabimus. Notandum enim eſt quòd in corroſiuis terræ vel corroſiua terra plus elementorum inhabitet, quàm in cineribus, quæ ſeparari debent, vt de ſublimatione demonſtramus.

De ſeparatione elementorum à vitris, & eis quæ vitreæ ſunt naturæ.

Prout de Reſolutionibus marchaſitarũ ſupra poſuimus, ita etiam de vitris intelligendum, ac ſummè conſiderandum, vitra cum ſulphure, vt lapides eſſe calcinanda, ac poſtea abluenda, & cum ſale petræ & aqua forti, &c. vt ſupra in capite de Marchaſitis declarauimus. Eorum etiam elementa cognoſcuntur per colores in diſtillationibus, & non vt apparent ante oculos. quibus iſta concluſa volumus.

De ſeparatione elementorum in fixis.

Fixa elementa ſeparantur per ſublimationem vti de ſalibus & liquoribus docemus, hoc tamen

SCD Lyon 1

discrimine, quòd ista cum sale petræ calcinanda sunt, ac demum sublimanda. (Hoc fieri debet cũ Salmiax.) Et quanquam sint quorum hoc loco nonnulla fit mentio: nihilominus intelligendũ est omnium rerum separationes dictis iam decem viis fieri debere. Idem etiam de separationibus quatuor Elementorum intelligendum, quodlibet separari posse scilicet ignem, aerẽ vt aerem, aquam vt aquam, & terram vt terram.

De separatione ignis.

Sciendũ est etiam ex elemento ignis quatuor elementa posse separari hoc modo: Cùm ignis vehementissimè accenditur, receptaculo optimè clauso receptum ponas in fimum equinum per mensem, & in vno elemento quatuor elementa inuenies quæ separabis, superpositoque receptaculo absque igne, sic ascendet vapor & descendet aer in vas recipiens. Quod superest, distillabis per balneum, & ascẽdet aqua: postea per cineres, & ascendet ignis terra in fundo manente. Quę horũ elementorum vires sunt, & quare hoc loco sic declarata, alijs in libris manifestamus.

De separatione aeris.

Elementum aeris optimo vitro receptum & sigillo Hermetis conclusum, Soli per totam æstatẽ est exponendum ac digerendũ. circulando enim distillatur aer, ac mutatur in quandã aquositatẽ, in qua indies magis ac magis crescit. Hanc aquositatẽ ad hunc modũ separabis. Putrefieri sinas per mensem in fimo equino, deinde per balneũ distillabis vt ignẽ. De suis virib. alibi plura scribuntur.

De

SCD Lyon 1

De separatione aquæ.

Aquam in vitro prorsus pleno, nec tantillum vacuo, sigillo Hermetis conclusam, per mensem calido soli exponas, vt quotidianum habeat calorem acsi bulliret: verùm propter plenitudinem nõ potest. Quo elapso tempore, putrefacias quatuor septimanis, pòst aperi ac distilles per trium rostrorum alembicum. hoc modo separantur tria elementa, & quartum, quod est terra, remanet in fundo, cuius natura, & virtutes plurimis in locis narrantur.

De separatione terræ.

Terrę processus vt in aqua seruandus excepto solùm in distillatione, quæ fieri debet per inferiora: similis enim est ei quæ fit ad ignem, & eodem modo conducenda. Elementorum hanc separationẽ hoc loco plurimis de causis ponimus, quæ cùm nedum in philosophia, verùm etiam in medicina summè sit vtilis. De separationibus elementorum hactenus abundè satis scripsimus, & licet plura scribi posint, haudquaquam tamen sunt necessaria.

Puri ab impuro separationem secundùm assumpti nostri propositum, declarabimus, Quæ eadem via fit quam de Arcanis & Auro potabili docemus: quare de ea hìc nulla fienda mentio. Et quamuis iste processus ab initio non sit idem cum eo quem de Arcanis & Magisteriis ponimus, nihilominus finaliter eadem præparationis via assumenda est per separationem elementorum. Quandoquidem in his elementa separantur, postmodum quodlibet elementum ab im-

SCD Lyon 1

munditiis in eis existētibus repurgatur, vt ex eis nihil deforme oriatur, aut aliquid impedimenti, quod facile fieri posset.

FINIS LIBRI III.

ARCHIDOXORVM PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi, atq; vtriusque Medicinæ Doctoris,

LIBER IIII.

De quinta Essentia.

VM antea quintæ essentiæ mentionem fecerimus, quæ rebus omnibus inest, primò sciendū quidnam quinta essentia sit. Est igitur quinta essentia materia quædam corporaliter ab omnibus quę natura crescentibus ꝓducit extracta, & ab vnoquoq; vitam in se habente ab omnibus impuritatib⁹ & mortalitate separata, subtilissimè mundata ac ab omnib⁹ elemētis segregata. Sciendum etiam est quintam essentiam esse tantùm naturam, vires, virtutem & medicinam, quæ in illis rebus comprehensa est sine domicilio, & extranea incorporatione. Est etiam color, vita & proprietas rerum: & est etiam spiritus, estque similis spiritui vitæ, cui res permanens est, homo verò mortalis. Vnde colligi potest ex humana car

ne

SCD Lyon 1

ne & ſanguine non poſſe quintam eſſentiam extrahi. Et hoc ideò, quòd Spiritus vitæ, qui etiam eſt ſpiritus virtutum, in eis moritur, & in anima vita exiſtit, quod in illis non eſt. Et quia ſpiritum ſuum vitæ amittit omnino mortale fit, & quintam eſſentiam nullã amplius exhibet. Nam quinta eſſentia eſt ſpiritus vitæ eius rei quæ ex ſenſatis extrahi non poteſt, prout ex inſenſatis. Meliſſa habet in ſe ſpiritũ vitæ, qui virtus eius vis & medicina exiſtit. & quãuis à ſua radice fuerit ſeparata, nihilominus eſt in ipſa adhuc vita & virtus, quòd ipſa ſit quoddã fixum prædeſtinatum. Quapropter poteſt ab ea extrahi quinta eſſentia, necnon conſeruari vita ſine corruptione, prout æternum iuxta ſuam prædeſtinationem. Si nos vitam cordis ad hunc modum præter corruptionem extrahere poſſemus, vt ex inſenſatis nobis poſsibile eſt, proculdubio abſque mortis metu morborumque perceptione viuere poſſemus in perpetuum. quod minimè fieri poteſt. Quare ex eo mors nobis expectanda.

Cùm igitur quinta eſſentia ſit ſola virtus rerum, nobis omnino ſciendum eſt qua forma virtus & medicina rebus inſint. Atque ita res ſe habet: Vinum continet in ſe magnam quintam eſſentiam, per quam miranda operatur, operatio tamen multo minor vino eſt, vt patet. Fel in aquam iniectum, reddit ipſam in totum amaram, etam ſi fel quantitate millecuplata ſuperetur ab ea: vel vt croci minimũ pondus ingentem copiam aquę tingit, quę tota crocus non eſt. Ita etiã intelligendum in omnibus rebus quintę eſſentię eſſe paruã & exiguã quantitatem, habet ſuum domicilium

SCD Lyon 1

in ligno, in herbis, in lapidibus,& ſimilibus:reliquum eſt purum,de quo ſcribimus,de ſeparationibus elemẽtorum. Nec eſt etiam intelligendum quintam eſſentiam fore quintum eſſe ſupra elementa. Poſſet etiam exiſtimari quintã eſſentiam fore quandam temperatam eſſentiam, non frigidam, non calidam, non humidam, non ſiccam, quod non eſt. nam nulla eſt res quæ ſit in temperatura per quam ſe poſsit ab elementis alienare, ſed habet naturam ſecundùm elementa. vt eſſentia quinta auri ſecundùm ignem. Quinta eſſentia argenti,ſecundùm aquam. Quinta eſſentia plumbi ſecundùm terram,& quinta eſſentia Mercurij ſecundùm aerem. Quòd quintæ eſſentiæ curent omnes morbos,hoc non fit ex temperatura, ſed ex inſita ſibi proprietate, magnaque puritate quæ in ea reperitur, quibus admirandè corpus in munditiã alterat ac immutat,non aliter quàm ſi ab oculo macula tollatur, qui prius erat occæcatus,ac ita quaſi reuiuiſcat. Sic etiam quinta eſſentia in homine mundificat vitam, non quòd omnes vnius ſint eſſentiæ,quia aliquæ ſunt igneæ, ſed quòd in æqualibus operationibus ratione complexionis exiſtant. Prout ſi quis exiſtimet quintam eſſentiam Anacardini habere ſimiles operationes quintæ eſſentiæ auri,quòd ambæ ſint igneæ,longè fallitur, ſed ideo quòd earum virtutes & differentiæ ſunt prædeſtinatio & diſpoſitio. Quemadmodũ etiam omne animal brutum habet ſpiritum vitę, attamen in omnibus non eſt eadem virtus, ideo quòd ex carne & ſanguine omnia conſtat,ſed vnum eſt altero præſtantius,vt in virtute, in guſtu: ita etiam ſimpliciter intelligendum

SCD Lyon 1

gendum de quinta essentia quæ suas vires nõ accipit ex elementis, sed ex proprietate quæ in elementis existit, prout de generationibus rerum ponimus. Inde fit nonnullas quintas essentias stipticas esse, aliquas narcoticas, alias attractiuas, quasdam verò somniferas, amaras, dulces, acetosas, stupefactiuas, & aliquas corpus in iuuentutem renouare: aliquas eius conseruatiuas, purgatiuas, aut constipantes alias: quarum virtutes innumeræ sunt, à Medicis tamen optimè cognoscendæ. Quum igitur quinta essentia separatur ab ea quæ non est quinta essentia, prout anima à corpore, quisnam morbus poterit huic resistere? Quum itaque tam nobilis natura, tam etiam pura, potensq; sumitur, nihil quod corpus nostrum, præter prædestinatam mortem vita priuare possit, per quam corpus nostrum à vita separatur, prout de vita & morte ponimus. Hoc loco etiam considerandum, vnumquemque morbum indigere sua peculiari essentia, quamuis aliquas ponamus, quę omnibus morbis accommodari possent. Qua autem ratione id fiat, suo loco dicetur.

Dicimus præterea quintã essentiam auri quantitate esse minimam, quod reliquũ eius est, leprosum corpus existit, in quo nulla dulcedo, nec acetositas, nulla virtus neque vis remansit, præter solam mixtionem quatuor elementorum. Hoc arcanum minimè vos latere debet, elementa sine quinta essentia nulli morbo resistere posse, sed hoc solùm, & præterea nihil, efficere, quòd absq; vllis viribus calefaciant & frigefaciant, prout si morbus foret calidus, frigiditate pellatur. at frigiditas absque viribus, vt aqua, nixq; frigida, hoc

SCD Lyon 1

non potest, Quæ quamuis frigidæ satis existant, in eis tamen nulla est quinta essentia, cuius virtute morbus possit abigi, ac expelli: quia corpus auri est omnino inualidum, ac eius quinta essentia in eo existens solùm corpori & suis elementis vires præbet. Sic etiam aliis omnibus in rebus quinta earum essentia est quæ curat, sanat, ac tingit totum corpus, vt sal aliquem cibum condit. Est igitur quinta essentia, quæ colorem exhibet prout etiam virtutem. & postquam aurum purum suo colore fuerit priuatum, sua quinta essentia etiam priuatum est. Idem intelligendum est de reliquis metallis, quibus si color ademptus fuerit, sua natura priuata sunt. Similiter in lapidibus & gemmis, vt quinta essentia corallorum, est rubea quædam pinguedo, & corpus album, item smaragdi quinta essentia succus est viridis, corpus verò album. Nec secus de cæteris lapidibus intelligendum, quum suos perdunt colores, in quibus eorum natura, essentia, & proprietates sitę sunt, vt in suis extractionibus peculiariter docemus. Idipsum de herbis, & aliis crescentibus intelligi debet, vt suprà ostendimus. Simliter de carne & sanguine, ex quibus non elicitur quinta essentia, rationibus supra adductis. At similitudo quædam quintæ essentiæ per nos ex his extrahi potest in hunc modum: Frustum carnis adhuc in se vitam habet, hoc est, cùm adhuc est caro cum suis natura & viribus: in qua adhuc vita est, quæ licet non vera vita sit, est nihilominus vita præseruata, tamdiu quoad potuerit. Quare discrimẽ hoc notandum, quo quidem herbæ siccę & similia, vt etiam caro existimanda sunt: nam

eis

eis periit ſpiritus viridis, hoc eſt, vita. Poſſunt enim emortuæ res in emortuam quintam reduci, vt caro omnes ſuas virtutes exhibere poteſt peculiariter in parte vna à ſuo corpore ſegregata: item & ſanguis & herbę ſiccæ. Quæ quidem etſi non ſint viuæ quintæ eſſentiæ, nihilominus demonſtrant emortuæ quintæ eſſentiæ vires & virtutes. Metalla verò & lapides habent in ſe perpetuam eſſentiam & vitam, nec moriuntur: ſed quamdiu hæc metalla ſunt & lapides, tandiu eorum vita protrahitur. Quare perfectas quintas eſſentias exhibēt, quæ pariter ex illis extrahūtur.

Qua via quinta eſſentia extrahenda ſit, videndum. plurimæ quidem ſunt, quædam per additiones, per vinum vel acetum ardens, aliquæ per balſamationes, aliæ per ſeparationes elementorum, & plurimis aliis, quæ hic demonſtrare non eſt neceſſe. Quocunq; modo fiat, nō debet quinta eſſentia extrahi per inconuenientium rerū mixtiones, aut per additiones, ſed ſolum elementum quintæ eſſentiæ à corpore ſeparato: ſimiliter ex ſeparato, per id quod extractum fuerit.

Plurimæ extractionum quintæ eſſentiæ viæ reperiuntur: nempe per ſublimationes, calcinationes, aquas fortes, per corroſiua, per dulcia, per acerba, &c. quocunque modo fieri poteſt. Notandum præterea, vt omne quod quintę eſſentiæ admixtum fuerit ob extractionis neceſsitatem, id ipſum rurſus extrahi debere, & ita quinta eſſentia maneat ſola, nullis aliis rebus permixta. Fieri enim vix poteſt, eſtque vix credibile, quintam eſſentiam ex metallis poſſe extrahi abſque corroſiuis, vt in auro, quod domari nullo modo poteſt,

SCD Lyon 1

nisi per corrosiua, per quæ quinta essentia & corpus ab inuicem separantur. Id corrosiuum est ab illo auferendum, sine damno tamen quintæ essentiæ, vt sal, quòd aquæ mixtum ex aqua extrahitur, aqua à sale remanente libera.

Considerandum etiam est, non omne corrosiuum ad hoc idoneum esse, quòd omnia per ea separari non possint. Exempli gratia, si vitriolum aut alumen aquæ permisceatur, neutrum potest ab aqua absque detrimento separari, quin asperum quiddam post se relinquat, & hoc ideo quòd vtrumq; aqueum sit, & duo similia concurrãt, qd fieri non debet, nec potest. Quapropter cauendum ne aquosum ad aquosum assumatur, oleatum nullum ad oleatum, nec resinatum ad resinatum, sed contrarium separare ac extrahere debet quintam essentiam, prout aquæ oleaginosorum quintam essentiam, vti de metallis intelligendum, & oleaginosa aquosorum quintas essentias, vt de herbarum quintis essentiis etiam intelligere possumus. Post huiusmodi igitur separationem & extractionem corrosiua sunt à quinta essentia separanda, quod facile factu est. Aqua & oleum leuiter separantur: at oleum ab oleo, & aqua ab aqua absque permixtione ab inuicem separari non possunt: quidem in quintã essentiam maximum damnũ adferret, & adferre posset. Ita enim oportet quintam essentiam puram & claram absque omni mixtione conseruatam esse, vt vnicam substantiam habeat, qua totum corpus penetrare posit: nam subtilitas eius ac virtus non possunt funditus explicari, nõ magis quàm eius origo. Multos enim gradus habet quinta essentia:

SCD Lyon 1

ſentia: vnum contra febrem, vt opiatorum: vnum contra hyppoſarcham, vt tartari: vnum contra apoplexiam, vt auri: vnum contra epilepſiam, vt vitrioli, quorum numerus eſt infinitus, vt etiam eius experientia. Quare ſummopere elaborandum vt vnicuiq; morbo ſuus verus inimicus aſſignetur: ſic incredibile naturæ experieris auxilium, quod in ſequentibus clarius explicabimus, ac pronunciabimus. De gradibus eius nihil poſſumus dicere, vt de Simplicibus, quibus in medicina gradus ſunt aſsignati. ratio eſt, quòd nulla ſit ſimilitudo graduum quintæ eſſentiæ ad gradus ſimplicium. Et quum graduantur, contingit gradum earum bonitatis vnum fore excellentiorem altero. nec debēt, nec poſſunt graduari iuxta complexiones, prout ſi diceretur, quintam eſſentiam Anthos eſſe calidiorem quinta eſſentia Lauendulæ: aut quintam eſſentiam cupri eſſe ſicciorem quinta eſſentia argenti. Hæc conſiderari non debent, ſed eius gradus cognoſci debent ex magnis eius virtutibus, ad hunc modum: Quinta eſſentia Antimonij curat lepram, & quinta eſſentia corallorum contorſiones & ſpaſmum pellit: vt iam cognoſcatur vtra harū, cùm ſint vnius elemēti, in quinta eſſentia ſit melior, & altior graduata. Iudicium aliud eſſe non poteſt, quàm Antimonij quintam eſſentiam eſſe potiorem illa corallorū, eo quòd lepra ſit grauior morbus, quàm colica, cum ſuis annexis. Itaque iuxta proprietatem, quam habet contra morbum, conſideratur eius morbus. Item hoc modo, Vna quinta eſſentia eſt altera præſtantior in cura lepræ, vt quinta eſſentia iuniperi pellit lepram, idem quinta eſſen

SCD Lyon 1

tia ambræ: ſic etiam quinta eſſentia antimonij, & quinta eſſentia auri idem præſtant.

Iſtæ quatuor curant lepram cùm in eodem gradu non exiſtant, id tamen præſtant cum differentia. Nam quinta eſſentia iuniperi pellit morbum per ſummam repurgationem, qua operatur in ſanguine, ac tollit illi venenum: & quia non eſt perceptibilis, primi gradus obtinet locum.

Quinta eſſentia ambræ adimit etiam illi venenum, & quod plus eſt, mundat pulmonẽ, cor & mẽbra lepre, quare ſecundus gradus ei tribuitur.

Quinta eſſentia Antimonij, vltra quod ambas virtutes habeat, mundat cutem, & ſquamas, & furfur, ac mirum in modum calefacit totum corpus, quare illi tertius gradus aſsignatur.

Auri autem quinta eſſentia omnes aliorum habet virtutes, tum etiam radicitus omnia lepræ ſigna tollit, ac renouat totum corpus, vti mel & cera mundantur, & à ſuo fauo repurgantur. quapropter quartus gradus illi adſcribitur.

Hoc modo gradus quintæ eſſentiæ accipi poſſunt, ac etiam dignoſci, quis eorum alio fit excellentior & præſtantior.

Simplicia etiam in ſuis proprietatibus cognoſci debẽt. nam ſicut eſt eorum proprietas in ſimplici forma, ita etiam eſt eorum quinta eſſentia, in ea nõ diminuta, imò multò potentior effecta.

Eſt quod vlterius cognoſcamus quintarum eſſentiarum differentias. nam aliquæ iecinori ac omnibus eius morbis reſiſtunt, quædam capiti, nonnullæ renibus, pulmoni aliæ, aliquæ ſpleni, & aliis ſimilibus. Item aliquæ ſolùm in ſanguine operantur, quædam in phlegmate ſolùm, aliæ ſolùm

lùm in melancholia : nonnullæ etiam in cholera. Sunt etiam aliquæ quæ ſuas operationes in humoribus tantùm habent, quædam ſolùm in ſpiritu vitæ, aliæ verò in ſpiritu nutritiuo. Sunt præterea quæ ſolùm in carne operantur, quædam in medullis, nonnullæ in oſsibus, aliquæ in cartilaginibus, aliæ verò in arteriis. Sunt etiam & aliæ quæ morbis omnino repugnant, nullamque in eis exerunt virtutem, vt contra paraliſim, contra caducum, contra contracturam, contra fluores, contra hydropiſim. Sunt & quæ ſunt Narçoticæ, aliæ anodinæ, quædam ſomniferæ, nonnullæ attractiuæ, purgantes, mundificantes, incarnatiuę, regeneratiuæ, ac etiam ſtupefactiuæ. Sunt etiam & aliæ, quæ in hoc operantur vt renouent, reſtaurent, ac immutēt corpus, carnem, & ſanguinem. aliæ vt retineant ac conſeruent iuuentutem. item aliquæ operantur per tranſmutationem, aliæ per incenſionem. Intelligendum etiam aliquas habere formam ſpecificā, alias appropriatam, nonnullas influentem, quaſdam etiam naturalem. Nec mirum, ſi earum virtutes, ac in medicina mirandas ac incomprehēſibiles operationes deſcribere non poſsimus.

Contingit ſæpius hominem centum annorum virtute quintæ eſſentiæ, in formam iuuenis viginti annorū reſtitui viribus & potentia. Quiſnam tam ſedati cerebri, qui originem huius myſterij poſsit inueſtigare? aut verò aſſeuerare vnde naturaliter primæ materiæ oriuntur? Hoc ſummo noſtro Creatori relinquendum. Quis enim inſtruet nos qua virtute antimonij quinta eſſentia pilos eiiciat, ac nouos excitet? Quinta eſ-

SCD Lyon 1

ſentia Meliſſæ dentes eruit, manuum ac pedum item, quos poſtea renouat. Quinta eſſentia Rebis (Rebis veteres vocarunt ſulphur, accipitur etiam pro vltima materia cibi) cutem mundat, ac renouat. Quinta verò eſſentia Chelidoniæ totum corpus immutat, & renouat in melius, non ſecus ac colores imaginem. Sunt & aliæ plures, quas hîc omittimus, ſuisque locis declaranda reſeruamus.

Quî fieri poſſet vt hâc nobilem Philoſophiam atque medicinam relinquere poſſemus, cùm natura per eam nobis tam miranda experimenta præbeat, quibus alię facultates inueſtiganti, ac in cauillatione poſitæ ſint? Cur non hoc ipſo delectaremur, quòd quinta eſſentia Carlinæ vires adimit alteri, præbetq; huic qui ea vtitur? item quòd quinta eſſentia auri totum leproſorum corpus inuertit, ac lauat vt inteſtinum aliquod in macello? cute eum exuit, ac nouam reddit: organa vocis aperit, totamq; leproſam complexionem aufert, ac ſi recens ex ſua matre prodiret. Quare ad fabricationem practicæ quintæ eſſentiæ nos conuertamus, oſtendamusque qua via ſit apprehendenda, ac incipienda.

Extractionum itaque earum viam ita diuidemus, vt vna ad metalla referatur, alia ad marcheſitas, alia ad ſales, alia ad lapides & gemmas, alia ad ardentia, alia ad creſcentia, alia ad aromata, alia ad cõmeſtibilia, alia ad potabilia, & ad ea quæ ſub eis continebuntur, quæ omnia declarare conabimur.

Notandum quòd in practica quintæ eſſentiæ theorices & naturalium rerum bona habeatur cognitio.

SCD Lyon 1

cognitio. Theorica, vt morbi, Naturalia vt rerum proprietates cognoſcantur. Nec ignorandum, quod inter quintam eſſentiam aurum potabile, arcana, magiſteria, & id genus alia, differentiam eſſe talem, vt quinta eſſentia nõ amplius in ſuum corpus reducatur, at aurum potabile iterum bene in corpus metallicum tranſmutatur. quare longè nobilior virtus in quinta eſſentia exiſtit, quàm in aliis.

Cùm itaque de quinta eſſentia loquamur, cognoſcenda eſt vnius ad alteram quintarum eſſentiarum differentia, tum etiam quid ipſa ſit. Et quamuis ſatis eam explicemus, admonet nos tamen practices de alia via, per quam etiam quintę eſſentiæ conditiones & naturæ inueniri poſſunt. Et quamuis iſtæ in forma quintæ eſſentiæ non compareant, nec ad eundem fiant modum, nec etiam in vno elemento ſolæ ſint, prout quintam eſſentiam fore decet, intelligimus quintam eſſentiam iſtarum rerum eſſe pluris quàm quintam eſſentiam: & potius deberet vocari Arcanum, & artis myſterium, quàm quinta eſſentia, de quo plura ſcribenda forent, quàm de quinta eſſentia ſcripſimus: id quod prætermittimus, cùm id in libris Paramiri ſatis abundè declarauerimus.

Arcana quæ ſint: & quo ordine.

Arcana & myſteria naturæ & artium ſunt innumerabilia, & incomprehenſibilis eſt via, atque hominis ingenio imperſcrutabilis, qua ad ea perueniri poſsit, inter quæ tamen quatuor hîc adducimus. Primum itaque arcanum eſt Mercurius vitæ: ſecundum eſt Prima materia: tertium La-

SCD Lyon 1

pis Philosophorum : quartum verò Tinctura. Quauis hæc arcana relatu magis angélica quàm humana sint, nihilominus ab eis nõ abhorremus, at potius naturę vias indagare conamur, & omne quod ex ea procedit, quo naturaliter eam intelligamus. prout loquimur de Mercurio vitæ, quòd non sit quinta essentia, sed arcanum, quòd tam multæ virtutes ac vires in eo existant, quæ præseruant, restaurant, & regenerant, vti de eo in libro de Arcanis scribimus.

Similiter prima materia non solùm in viuentibus, verùm etiam in mortuis plus q̃ naturaliter ad hunc modum operatur: quod itidẽ & lapis philosophorum efficit, qui tingens corpus, id ab omnib⁹ infirmitatibus subleuat, vt metalla quæuis à suis impuritatibus. vt etiam tinctura, quæ argentum in aurum transmutat, nõ secus ac mutatur ægritudo in sanitatem. hoc idem præstant alia magisteria, vt elixiria, aurũ potabile, de quibus singulis in suis libellis agitur.

De extractione quintæ essentiæ ex metallis.

Breuibus itaque extractionem quintæ essentiæ ex metallis absoluemus. In eis nostris temporibus multi plurima tentauerunt, quibus nulla præpostere occurrerunt: varias enim vias ingressi fuerunt. De metallis itaque sic intelligendum, earum quintam essentiam & corpus in duas partes diuidi. Ambo sunt liquida & potabilia, quæ simul nõ permiscentur, sed impurum corpus eiicit quintam essentiam in superficiem, prout à lacte colostrum. Fiunt hoc modo duæ pinguedines,

SCD Lyon 1

nes, vel viſcoſi liquores, quæ ſunt ſeparandæ. Pinguedo ſiue viſcoſitas corporis ſola eſt alba ex omnibus metallis, at eorum quinta eſſentia colorata, prout antea de ſeptem metallis diximus. habent etiam eundem proceſſum omnes.

Proceſſus extractionis quintæ eſſentiæ ex metallis.

Soluatur metallum in aquam, hoc deſtilletur per balneum, putrificeturque tam diu donec in oleum reducatur. hoc oleum diſtilletur è paruis phialis per alembicum, & remanebit pars metalli in fundo. quod reducetur in oleum vt prius, ac diſtilletur tam diu quoaduſque totum metallum aſcenderit: poſtea putrificetur iterum per menſem, ac rurſus igne lento diſtilletur, & vapores omnes aſcendent, qui ſunt amouendi: tandem aſcendent duo craſsi & obſcuri colores, vnus albus, alter iuxta metalli naturam. Et cùm omnino aſcenderint ſeparentur in recipiente ſic, vt quinta eſſentia in fundo remaneat, & color albus corporis ſupernatet. hæc ſeparato per attractorium: quintam eſſentiam recipe in alterā phialam, cui vinum ardens purificatū affunde, & maneat tam diu cum ea, donec prorſus acuatur, poſtea ſeparetur à quinta eſſentia, & affundatur aliud recēs. hoc toties reiterabis, dōnec acuitatē nullam amplius percipias. tandem aquam bis diſtillatam affundas, qua abluatur & ad dulcedinem ſuam reducatur, ac ſeruato. Hoc modo præparatur quinta eſſentia. Album ſi reduxeris, habebis inde malleabile, ac metallicum corpus albū, quod cognoſci nō poterit ſub qua ſpecie continetur. Quan-

SCD Lyon 1

uis enim plures ſint viæ extrahendi quintam eſſentiam, illas ſubticemus, quoniam eas in numero quintæ eſſentiæ non habemus, at pro tranſmutationibus ſolummodo, in quibus nullæ fiunt extractiones, nec in vſum veniunt.

In omnibus metallis quinta eſſentia eſt ſpiritus & ſulphur, alia quatuor elementa ſunt mercurialia.

De extractione quintæ eſſentiæ ex marchaſitis.

Extrahendi quintam eſſentiam ex marchaſitis variæ ſunt viæ, quas in numero quintarum eſſentiarum non habemus, quamuis ſint maioris virtutis & efficaciæ, quàm earum quintæ eſſentiæ, prout de arcanis, magiſteriis & elixiribus ſcribimus. Modus autem extrahendi quintam eſſentiam ab omnibus metallicis, marcheſitis, eſt ſimilis metallorum extractionibus. Quòd autem antea dixerimus quintam eſſentiam eſſe ſummas rerum vires, ac etiam de arcanis quæ maiora ſunt quintis eſſentiis, hoc ideo quòd arcana in ſe contineant quintam eſſentiam: & ad tantam ſubtilitatem & acuitatem redacta ſunt, vt ex his virtutem accipiant, quinta eſſentia longè præſtantiorem. tum etiam quod illis inſit propter appropriatum & ſpecificum. Proceſſus verò eius ſic ſe habet.

Proceſſus extractionis quintæ eſſentiæ ex marchaſitis.

Recipe marchaſitæ optimè contritæ libram j. aquæ corrodentis libras ij. miſceantur ſimul in pellicano,

SCD Lyon 1

pellicano, ac mixtæ maneant in digeſtione per duos aut tres menſes, ac reducẽtur in liquorem. hũc omnem diſtillabis per ignem, & aſcendet oleum, quod putrificabis vnà cum aliis in ventre per menſem, poſtea diſtillabis vt metalla, & aſcendent etiam vt in illis duo colores, albus vnus, alter quintæ eſſentiæ. Album relinque, niſi foret ex alba marchaſita, vel ſtannea, tum à ſpiſsitudine cognoſces vnum ab altero. inferiorem accipe, quem ad ſuam dulcedinem reducas, vt ſuprà de metallis diximus. Extraxeris hoc modo quintam eſſentiam à marchaſitis, abſque corruptione vlla virium & virtutum.

De extractione quintæ eſſentiæ ex ſalibus.

Extrahẽdi quintã eſſentiam à ſalibus modus fit quadam peculiari via, ne earum vires damnificentur, vel corrumpantur, ad hunc modum:

Recipe ſalia, quæ optimè calcinabis: ſi volatilia fuerint, vt ſalmiax & ſalpetræ, adures, poſtmodum reſolues in tenuitatem, diſtillabisque in aquam. Hãc aquam in putrefactionem pones per menſem, & p balneũ diſtillabis, (hoc carbonibus fieri debet, aliàs nihil exibit præter phlegma) & aſcendet aqua dulcis, quam abiicies. Quod noluerit aſcendere pones iterum in putrefactionem per alium menſem, ac diſtilla vt prius, reiterabiſque id toties quoad nulla dulcedo amplius percipiatur, & habebis quintã eſſentiam ſalis in fundo, hoc eſt, ex libra vna calcinata vel aduſtã vix vnciam. Huius ſalis ad hunc modum extracti ſemiuncia plus cõdit quàm libra ſalis communis:

SCD Lyon 1

nam eius quinta essentia pura solùm adest, & corpus per liquidam substantiam abstractum, & sic omnia salia separantur à quinta essentia.

Ab alumine autem & vitriolo extrahitur hoc modo: ista nõ permittunt se calcinari ad fluxum, quo salia sunt adducenda. Quapropter post calcinationem ea adures, & resolues iuxta practicæ tenorem. & cum resoluta fuerint, aquam quæ ab eis processit iterum affunde, ac iuxta processum de salibus progredere. nam essentia multum ascendit cum humiditate, quæ sic iterum resedit in compositione putrefactionis, & ita simul iterum redeunt & conueniunt.

De extractione quintæ essentiæ ex lapidibus, gemmis & vnionibus.

Quintam essentiam extrahẽdi ex lapibus, gemmis & vnionibus processus vnus & idem est, modus verò omnium excellentissimus, subtilis, ac industrius in opere existit. Minima quoq; quantitas quintæ essentiæ potest ab istis extrahi, & quantò subtilior & purior est, tantò etiam paucior extrahitur. Ex crassis ac vilibus lapidibus non est quod cupiamus quintam essentiam, cùm eis parũ aut nihil virtutis insit: quo fit vt parum valde ab eis exeat. Processus eorum sic se habet:

Accipe lapides, gemmas & vniones, contundas in fragmenta crassiuscula, non in pulnerem, ac in vitrum positis, acetum radicis affunde, vt quinque digitis superemineat, ac in ventre per mensem digerantur, quo transacto materia tota liquida erit. Materiam hanc alio aceto radicato optimè lauabis, concutiendo simul permisceto:

hoc

SCD Lyon 1

hoc modo acetum recipiet in se colorē lapidum aut gemmarum, quod in aliud vitrum effundas, acetum aliud rursus affunde, toties donec non amplius coloretur. In colore continetur quinta essentia, residuum est corpus: accipe colores atque ad siccitatem vsque bullire lentè finito, postmodum aqua distillata abluas, quoadusque dulcis fiat, vt suprà dictum est: tandem hunc puluerem supra marmore resolui sines, gemmarumq; ac vnionum habebis essentiam quintā. Est quod animaduertas in vnionum coloribus, resoluuntur. namque in spissum lac, & corpus est arenosum & viscosum. ex hoc vnum ab altero dignosci potest. Simile est de cristallo, eius quinta essentia superueniet viscoso corpore remanente. His extractionum sufficientia cognosci poterit.

De extractione quintæ essentiæ ex ardentibus.

Extrahere quintam essentiam ex ardentibus, est extrahere quintam essentiam ex rebus quæ nec ad cibum, nec ad potum vsui sunt, & ex sua natura vstioni subiiciuntur, ignemque præbent in corporali substantia. cuius processus talis est:

Recipe hoc corpus, quod minutissimè concisum in ollam vitreatam eo plenam pones; lutoq; sapientiæ optimè coopertā, ne respiret, in ignem circulatorum colloca: olla prunarum instar candente per xxiiij. horas. Ab igne postmodum extractum putrificetur in fimo quatuor hebdomadibus, postmodum distilla, & quod ascenderit in ventrem equi ponito ad distillandum ab eo totam humiditatē, & rursus putrefaciendum quo-

SCD Lyon 1

vſq; nulla humiditas exeat amplius, cuius quod acceperas quinta eſſentia in fundo remanet. Hoc modo omnium illarum rerum quinta eſſentia, quæ oleum, picem, aut ſimilia in ſe continet, extrahitur, prout ex terebintho, abiete, iunipero, cu preſſu, & ſimilibus. ex ſeminibus etiam omnibus & fructibus. Notandum plures alias vias extrahendi quintam eſſentiam haberi, quibus odorifera, ſubtilis & clara prorſus exit: verùm iſte modus non eſt extractio quintæ eſſentiæ, ſed magiſterium quoddam illarum rerum, per quæ quinta eſſentia pro parte ſimul in permixtione ſurſum aſcendit: non eſt tamen eſſentia quinta perfecta. Nam quinta eſſentia lignorum eſt pinguedo quædam, reſina, & ſpiſſa, ſubſtantia, quòd in forma magiſteriorum non extrahatur. Quare etiam quinta eſſentia terebinthinæ arboris curat vulnera, ſed vbi modo ſupradicto extrahitur, ab aliis magiſteriis ea non curat, quod non habeat fundamentum quintæ eſſentiæ in ſe. Magiſteria ſiquidem ſeparantur à quintis eſſentiis hac ratione quòd ſolùm ſequantur complexiones, & quatuor elementa, quæ tamen quintæ eſſentiæ natura non eſt. item illa recipiunt quintam eſſentiam ſpiritualiter, & non in proprio eſſe materialiter, vt patet in capitulis ſuis.

De extractione quintæ eſſentiæ ex creſcentibus.

Creſcentia dicuntur illa quæ decidunt, & iterum creſcunt, vt herbæ, frondes, & ſimilia. cuius quintę eſſentiæ extractionis varij ſunt modi cum additione aliarum rerum. Extrahi enim debent

abſq;

SCD Lyon 1

absque mixtione aut additione aliqua, & hoc vt retineant suos odores, colores & gustum, & vt in istis augeantur, & non minuantur, vt in musco, ambra & sibeta. Quorum quinta essentia cũ fuerit extracta, corpus eorum fœtet, ac nullius est valoris, vel momenti, neque in gustu, nec in odore, minus etiam in natura. Sic etiam de reliquis omnibus intelligẽdum de suarum quintarum essentiarum extractionibus. Et quod de musco, ambra & sibeta in hoc capitulo non tractetur, hoc fit quòd peculiariter de eis scribamus, ac solùm de crescentibus hîc agamus, prout de lilio, spica & foliis. Quorum extractionis essentiæ quintæ processus talis est:

Recipe crescentia optimè contusa, quæ in vas aliquod ad hoc aptum in ventrem equinũ quatuor septimanis, postea distilla per balneum: iterum ponatur in fimum equinum diebus octo, & rursus per balneum, & ascendet quinta essentia per alembicum, & remanet corpus in fundo. Si quintæ essentiæ in fundo remansisset, putrefiat vlterius, & procede vt prius. tandem hác aquam distillatam ad crescens iterum adde, ac digerantur per pellicanum sex diebus. Color inde spissus fiet, quẽ abstrahes per balneum, recedet corpus quinta essentia in fundo permanente. Hanc separa per retortum prælum à fæcibus, & quintam essentiam sinas digeri quatuor diebus: sic habebis ipsam in odore, succo, gustu, & virtute perfectam, & in spissa substantia.

De extractione quintæ essentiæ ex aromatibus.

Ex aromatibus extrahendi quintam essentiam

SCD Lyon 1

vt de musco, sibeta, camphora & similibus, modum hoc loco docebimus. Primùm quinta essentia debet reduci in aliam formam, & illa forma ab ea separari, & in eiusmodi separatione reperitur quinta essentia. Processus autem ita se habet:

Recipe oleum amygdalinum, ac corpus illud aromaticum, quod miscere volueris, ac in vitro sinas digeri ad solem tamdiu donec in pastam redacta sint, postea à suis fæcibus exprimantur. Ad hunc modum corpus est separatum à quinta essentia, & solùm illud oleum amygdalinum est in quinta essentia, quod hoc modo separabis:

Recipe vinum ardens rectificatum, quo perfundatur dictum oleum, & in digestione sex diebus relinquatur, postmodum per cineres, ascendet vinum ardens vnà cum quinta essentia, & manet hoc oleum amygdalinum in fundo sine quauis quintæ essentiæ substantia. postmodum distilla hoc vinum ardens per balneum, & quinta essentia manebit in fundo in forma olei separata ab omnibus suis additionibus.

De extractione quintæ essentiæ ex comestibilibus & potabilibus.

Comestibilium quinta essentia non aliter esse debet, quàm in simili forma, prout res ipsa est: ea namque cibanda est vti carne. Nam quinta essentia comestibilium est optimum nutrimentum. Et quamuis à carne nulla quinta essentia, vt antea diximus, extrahi possit, possumus nihilominus ab ea bene extrahere quoad suum esse, quod æquipollet quintæ essentiæ, hoc modo:

Recipe comestibile quod concisum in cantarum

SCD Lyon 1

rum bene lutatum per tres dies bullire ſinito, po ſtea quod in cantharo fuerit per ſetacium colato, idipſum per balneum diſtillato, & aſcendet aquoſitas quædam, quæ quũ pertranſierit, remanet quinta eſſentia in fundo, quæ eſt ſummum, hoc eſt, ſupremum nutrimentum præ omnibus quæ ponere poſsimus, & ſimile quintæ eſſentiæ. Poteſt etiam ex potabilibus variis modis extrahi quinta eſſentia. attamen hæc extractio quinta eſſentia exiſtimata eſt.

Recipe quod volueris potabile, quod pellicano concluſum cum tota ſua ſubſtantia in fimo equino digeratur per menſem, (melius autem ſe habebit ſi per annum, aut amplius in eo relinquatur) & inuenies in pellicano digeſtũ quid, quod ſepara per balneum, dein per cineres, vltimo per ignem. Ad hunc modum habebis tres quintas eſſentias, quæ omnibus potabilibus inſunt multis de cauſis, vt de generationibus eorum ponimus.

His tribus quintis eſſentiis extractis, & peculiari quæque ſuo vaſe reſeruatis, duæ poſteriores latius digerantur, ac in balneum mariæ ponantur, & aſcendet plus quintæ eſſentiæ prioris. id toties reitera, quoad prioris nihil amplius aſcendat: hoc modo optimè ſeparatæ erunt. Quod ita breuiter omnium rerum quintam eſſentiam, breuemque eius extractionis viam demonſtrauerimus, non eſt quòd quis miretur vel celerem manum, vel currentem calamum. omnia enim bene poſita ſunt. nec noſtræ quintæ eſſentiæ deſcriptio ita ſuccincta eſt, quin opus & labor ad eam neceſſaria clariſsimè demonſtrentur. Nec opus multis ſcriptis, niſi forſan vt multis nauſeam mo

SCD Lyon 1

ueamus, quum exercitium & vſus ſingula docebunt, tum etiam quàm admirādæ virtutes, & vires eius exiſtant: vbi tamē ad eum, quem demonſtrauimus modum extracta fuerit, de qua latius in vltimo libro, quod ad hāc Archidoxorum partem attinet, declarabimus. & ita quintam eſſentiam rerum ſatis abundè enucleauimus. ad alias itaque noſtrorum Archidoxorum doctrinas nos conuertamus. Quamuis plurimi ante nos fuerint, qui multò plura variis documentis de quinta eſſentia ſcripſerint, nihilominus eorum ſcripta pro quinta eſſentia non æſtimamus. cuius cauſam ſupra in principio libri adduximus. percepimus etiam eos viride æris loco quintæ eſſentiæ Veneris habuiſſe, quum non ſit, ſed crocus Veneris, & non quinta eſſentia Veneris intelligenda eſt. Flos æris eſt tranſmutatio cum ſubſtantia, pura ſimul ac ſubtili ex omni Venerea cōplexione extracta: quare Veneris quinta eſſentia nullo modo eſſe poteſt, ſed magiſterium quoddā. At quinta eſſentia Veneris, vt nos docuimus, eſt vera illa quinta eſſentia potabilis ſine corroſione & permixtione diuiſa à corpore, ſubtilis, & magis ſubtilis q̄ nos hîc ſcribamus ad prolixitatē euitandā.

Sic etiam crocus Martis, & eius ferro pro quinta eſſentia hactenus fuit habita, quum non ſit: at crocus Martis, hoc eſt, oleum Martis. De his pluta de Tranſmutationibus noſtrę Philoſophiæ ponimus. Quod ad quintam eſſentiam attinet, intelligendum eſt, eam nihil aliud eſſe quàm ſeparationem virtutum à corpore, quibus medicinæ virtus & eſſentia ineſt. Quid autem ſit flos æris, & quid flos Martis, & ſimilia plura, in libro de

Magiſte-

SCD Lyon 1

Magisteriis continetur. Idem de herbis & similibus, vt de metallis intelligendum est. & quamuis plures ac graues admodum quintæ essentiæ virtutes adduxerimus, attamẽ minima earum qualitatum ac virium pars à nobis demonstrata est. nihilominus declarauimus quomodo quînam intelligenda foret. Eius vires & virtutes vbi cognouerimus pariter & nobis innotescere incipiet maxima potestas, quam habemus in manibus, si ea probè vti sciuerimus, pariterque consideraremus cur homo creatus sit, cur omnia quæ in terris sunt ei subiecta sint, nec vllum siue bonum, siue malum fore sine causa, quod nos de natura rerum latius declaramus. Istud fundamentum adfert secum cognitionem vnius Creatoris, eius erga nos amoris tanquam patris erga filium. Quare nos nullius, quantumuis maximi, fidei adhæremus, sequentes solum Deum, naturam & artem in natura: quapropter non solùm in hac vita, verùm etiam in perpetuum inuocabimus. id solùm credentes quod videmus fore, nihilque, quod naturæ contrariatur recipientes.

FINIS LIBRI IIII.

SCD Lyon 1

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI, PHIlosophi excellentissimi, atque vtriusque Medicinæ Doctoris.

LIBER V.

De Arcanis.

ARCNA sunt excellentiora in suis gradibus quàm quintæ essentiæ, vt ex operationibus facilè percipi potest. Relictis itaque quintis essentiis ad Arcana conscribenda nos conferamus, quũ istis plus tribuamus q̃ quintarum essentiarum viribus. Inter quæ differentiam esse maximá propter potentissimas eorum operationes apertissimè experientia nos docet, per quas nobis demonstrat quæ meliora sint, quæ peiora, quæ item vtiliora, & quæ minora viribus existãt. Possumus enim vnum alterius loco, secundùm rei exigentiam in medicamentum assumere. Iudicarunt antiqui sæpius Arcana esse quintas essentias, eo quòd longè subtiliora ac fortiora ea esse crassioribus substantiis viderent, ac subtili natura mirum in modum cognoscerent. Error hic non à ratione, sed practices opinione ortum habuit, quòd supremorum graduum differentiæ illis incognitæ fuerint, ac quemuis altiorem gradum loco quintæ essentiæ habuerint: id non solùm

SCD Lyon 1

lùm in practica, verùm etiam in operationibus medicamentorum cognoſci neceſſe eſt.

Antequam itaq; arcanorum tractationem aggrediamur, ſciendum primò cur ſic vocetur, & quid arcanum ſit, quum tam excellens nomen habeat, meritoque habere debeat. Itaque dicitur Arcanum hac ratione, quòd corporale ſit, & immortale, perpetuæque vitæ ſupra omnem naturam, & cognitu non humanum. Ad corpora noſtra comparata arcana, iudicanda ſunt incorporalia, nec non eſſentiæ plurimum excellentioris ad noſtram quàm album ad nigrum ſit intelligendum. Poteſtatem habent nos tranſmutandi, nutriendi, renouandi & reſtaurandi, prout arcana Dei iuxta ſua iudicia.

Et quamuis in his noſtris arcanis æternitas aut cœleſtis illa ſymphonia nõ ſit, comparata nihilominus ad nos, cœleſtia iudicanda ſunt, quum corpora noſtra magis quàm ratione explicari poſſet, conſeruent, & in eis mirabiliter operentur ſuis demonſtrationibus: nõ aliter hoc nomen Arcanum quoad medicinam, comparari deberet noſtris corporibus, vt arcanum Dei ad illud arcanum. Nec grauamur ſcribere. hoc arcanũ maius præſtantius nobis eſſe, quum poteſtatem habeat reſtaurandi noſtram vitam, vt hæc arcana efficiunt. Nec fabulas inutilium Dei ſeruorum curamus, ſcientes ipſos nõ magis intelligere, quàm cæcum videre. Vnum eſt arcanum Dei, hoc eſt, vnum arcanum in ſua eſſentia. Alterum eſt arcanum naturæ, hoc eſt, vnum arcanũ naturæ. nam arcanum eſt virtus rei, ac re ipſa millies excellentior. Poſſumus itaq; liberè dicere, Arcanum ho-

SCD Lyon 1

minis esse opera, dona & virtutes, quæ in æternum retinet, prout in aliis libris Archidoxorum ponimus. Quare duobus modis arcanum intelligendum est: vnum perpetuum, aliud pro perpetuo. quod pro perpetuo cõuenit, ei tribuimus iuxta sui existimationem & prædestinationem. Arcanorum similium à teneris annis quatuor solummodo innotuerunt, quibus hunc libellum complebimus, nobisq; satis laudabilem memoriam efficiemus, modò Deus nostram vitam ad multos annos peruenire concedat, ita vt eorum arcanorũ non obliuiscamur, neq; etiam è nostro cerebro aut intellectu decidant. orantes vt possimus ætati nostræ longeuam ac mitem requiem ponere, in eo fideliter sperare, nullaq; ratione dubitare, quin ipse, qui humanitatem assumere dignatus est, ea nos frui sinet, & nostra spe nequaquam frustratos iri. Hac spe freti principiò declarabimus quænam inter hæc quatuor arcana sit differentia, quum in artis operatione, tum in virtutibus eorum. Adhæc requiritur vniuscuiusque virtutum cognitio finalis & conclusiua. Conseruant enim corpus in sanitate, pellunt morbos, liberant animum nostrum ab omni tristitia, præseruant ab omnibus ægritudinibus, conducúntque corpus ad suam prædestinatam vsque mortem, quæ nullum terminum habet, nisi per diminutionem consumptionis, vti de vita & morte ponimus. Et quamuis virtutes eorum generaliter iam declarauerimus, atq; naturam, nihilominus inter se particulariter maximè differunt: hoc est, quòd nullum arcanum alteri similiter operetur, aut suas virtutes perficiat, sed forma & modo di-

do diuersis quodque sibi peculiaribus. Est itaq; prima materia primum arcanum: Lapis philosophorum secundum: tertium Mercurius vitæ: vltimum Tinctura, vt etiam in eorum practica ordine ponemus, postquam eorum operandi modos exposuerimus.

Primùm itaque de prima materia dicendum: Lapis philosophorum, qui secundum arcanum existit, suas operationes alia forma & modo perficit, ad hunc modum scilicet: sicut ignis adurens maculatã pellem salamandræ, eam prorsus mundam efficit, vt recenter natam, ita etiam Lapis philosophorum totum corpus purgat ac mundat ab omnibus suis immunditiis introductione iuniorum ac nouarum virium, quas naturæ hominis adiungit.

Mercurius vitæ, qui tertium est arcanum, operationes suas non aliter demonstrat quàm Halcyon auis, quę annuo suo tempore renouatur, ac nouis plumis induitur. nõ secũs hoc eiicit ab homine manuum & pedum vngues, pilos, cutem, & quicquid in eo immundi est, efficit vt iterum crescant, renouatq; totum corpus, vt suprà de Halcyone dictum est.

Tinctura verò, quæ quartum est arcanum, patefacit suas operationes ad modum Rebis; quòd ex Luna Solem efficit, & idem ex aliis metallis, ita etiam Tinctura corpus hominis cũ omni possibilitate aut potestate tingit, eique suam adimit corruptionem ac defectum, ac omnia transmutat in summam puritatem, nobilitatem, & permanentiam.

Quibus rationibus tandem fieri posset, vt à no

SCD Lyon 1

bili Medicina, aut à Philosophia recederemus? quum earum possibilitatem ac potestatem videamus, quæ solæ nobis faciunt fidem, ac in ea confirmant. Non enim consueuimus credere, discere & imitari ea, quæ per experientiam & certissimam practicam non sunt corroborata, ac confirmata. Dicimus etiam quòd nisi hæc nostra arcana eo tempore quo Dominus noster IESVS in cruce pepedit, fuissent compassione affecta, put Sol & Luna, quæ suo lumine priuata fuerunt, & obscurata, nisi tota terra contremuisset, concussa horrendo terræmotu, ac signa illa, quę in Natiuitate eius contigerunt, accidissent, vix induci potuissemus ad credendum. sed hoc videre & scire nos eò ducunt, vt credamus ipsum esse verum Deum, & humanitatem assumpsisse. Ita etiam dicendum de istis arcanis, ea nos credentes efficere, cogereque vt ab eis in mortem vsque non recedamus, atque strictè & assiduis orationibus omnibus diebus Deo gratias agere, sic neq; ecclipsis, neque aliquod aliud astrum nobis detrahet. Practicam igitur & operationes quatuor istorũ arcanorum apponere volumus, quibus accidentia pellere valeamus à iuuentute, ac in eis sperare & viuere, vt sperat & gaudet nostrũ æternum arcanum in æterna vita.

De Arcanis Primæ materiæ.

Quum primæ materiæ fundamentum, ex quo illa prouenit, & quidnam ipsa sit, satis abundè declarauerimus, sciendum est ipsam non solùm super homines fundatam esse, verùm etiam super omnes creaturas corporales, quæ ex semine nascuntur,

SCD Lyon 1

ſcuntur, & prodeunt. Si igitur prima ipſa materia in quouis corpore creato ſuam operationem, vt diximus, perficiat, arbores à putredine conſeruabit, ne pereant, herbas à ſiccitate, metalla etiam ab ærugine conſeruare poſſe cenſendum eſt. De quibus non aliter quàm de hominibus & brutis intelligendum eſt. Arbor itaque iam ſenio confecta, quæque ad ſui corruptionem & putrefactionem indies vergit, non ex defectu radicis aut nutrimenti, ſed ex defectu propriæ virtutis. Talis arbor renouari poteſt per ſuam primã materiam, vti nos de cute ſalamandræ ſuprà diximus, ac in alteram ætatem peruenire iuxta ſuam prædeſtinationem, etiam in tertiam, quartam & plures, iuxta quod illi virtutes & vires contributæ ſunt, vt eius putrefactio & corruptio longo temporis ſucceſſu renouentur. Non ſecùs de herbis intelligendum, quæ vno anno tantùm conſeruantur, quòd eorum prædeſtinatio non ſit longior. quæ quum iam exſiccari incipiũt, poſſunt per earum primam materiam renouari, vt virides & recentes maneãt in alteram ætatem annuam, tertiam, quartam, & vltrà. Idem de animalibus brutis intelligendum, vt de ouibus antiquis, quæ renouari ac reſtitui poſſunt in alteram ætatem, ſimilesq; iunioribus virtute, lacte & lana fieri. Similiter & homo ab vna in alteram ætatem reduci poteſt rationibus ſuprà à nobis adductis.

Sciendum eſt etiam quid Materia prima in ſua eſſentia ſit: In creatis corporeis inſenſatis eſt cuiuſque rei ſemen: in creatis corporeis ſenſatis, eſt eorum ſperma. Sciendum etiam primam materiam non eſſe ſumendam ab eo de quo creatum

SCD Lyon 1

hoc productum eſt, ſed ex prima materia, quæ ex ea producta eſt, & generata. Tantas namq; vires habet prima materia, quòd non ſinat corpus, qd ex ea natũ eſt in conſumptionẽ tranſire, ſed abundè ſatis exhibet in complementum omnis neceſſitatis. Nam mors non aliunde procedit quàm ex corruptione, & ſpiritus vitalis infectione. illæ enim ex ſpermate & ſemine concretæ ſunt, eſtque prorſus ſpermatica natura, ſiue materia: quare ſimili eis poteſt ſubueniri. Nã vbi ſimile auxilium datum eſt, introducitur in eis noua ætas, & hoc multis de cauſis, quas hîc nõ adducimus, quum in Philoſophia noſtra declaratæ ſint. Et quamuis de ſuſtentationibus herbarum, arborum, & ſimilium hoc loco non fiat mentio, (nam medicinam humani corporis ſolam tractãdam ſuſcepimus.) item de arboribus & ſimilib9 in libello de Transmutationibus ponamus: parabolicè tamen, & per exempla intentionem noſtrã clariorem reddere conabimur: vt ſi ſeminis vrticæ aut lauendulæ quinta eſſentia fundatur ad herbę ſuæ radicem, & iſta tinctura eius recipiat, altero anno permanet vt priore, nec putreſcit quoad alter annus completus fuerit. Idem de quinta eſſentia ſeminis citoniorum: quæ ſi fuerit affuſa ad radices citoniæ, arbor permanebit, vires in alterum influet, producetque nouos flores & fructus. Item quinta eſſentia ceraſorum efficit vt arbor in æſtate ſecundę ætatis bis ſuos fructus ædat: nam ætas vna arboris ceraſorum eſt ætas media, reliqua medietas eſt ætas altera priori ſimilis. Non ſolùm igitur de quinta eſſentia ſpermatis nos loqui decet, ſed etiam de arcano ſpermatis, ex quo

longè

SCD Lyon 1

longè magis admiranda prodeunt, in forma vt demonstrauimus. Processum itaque huius practices declaremus: primò quoad homines & bruta similis existit: secundò quòd solùm ex prima materia fit, ad hunc modum:

Recipe primam materiam in a flaccum, hanc sinas digeri in b digestione resoluta ad mensem, cui tunc adiungatur additio c monarchiæ in æquale pondus, iterumque sinas digeri ex vno in alterum mensem. Digestione absoluta recipe hãc materiam, ac distilla per cineres: & quod ascenderit, est arcanum primæ materiæ, de quo scripsimus. nec est quòd quispiam admiretur ob processum adeò breuem, quum prolixitas sæpius multum erroris inducat.

a Flaccum.] *Bonam intelligit.*

b Digestio resoluta.] *In balneo lentè bulliens.*

c Monarchiæ.] *Prima materia est lac mulieris lactantis masculum, Monarchia sanguinis hominis sani. ab vtroque sua est quinta essentia extrahenda.*

De arcano Lapidis philosophorum.

Etsi illius lapidis, quem vocant Philosophorum non sim primus, nec postremus auctor, multò minus indagator, quum de eo nihil certi habeam, ne videar de illo vel ex auditu aut aliorum relatu loqui, processum illius relinquã, ac ad eum quem per longam practicam ac maximam experientiam nactus sum, me conferam. Eumque lapidem Philosophorum voco, quod instar illius tingat in corpore humano, vti illi de suo scribũt, & non quod iuxta eorum processum fabricatus sit, quum illum non intelligamus, multoque mi-

SCD Lyon 1

nus cognoſcamus. Proceſſum operationis eius in hac noſtra practica non ponimus, quum anteà in principio huius libri eius meminerimus, quum vires & virtutes, quas in operatione habet, deſcriberemus.

Sciendum vlterius eius ingreſſum penetrare totum corpus, & quod in corpore exiſtit, p quam penetrationem reſtaurat & renouat illud. non quòd vetus auferat, ac nouum illius loco ponat, aut quòd, vt prima materia ſpermaticum arcanum infundat, ſed quòd illud vetus ita mundet & purget, prout ſalamandræ cutis purgatur abſque aliquibus damno & putrefactione, remanente cute vetere in ſua eſſentia & forma. Ita etiam lapis Philoſophorum. nam purgat integrè cor, membra capitalia, venas, medullas & inteſtina, & quidquid in ipſo continetur, vt ne quidem minima infirmitatis macula ſentiri poſsit. Depellit podagram, hydropiſim, ictericam, colicam paſsionē, contracturam, ac omnes morbos, qui ex quatuor humoribus procedunt, redditq; ſimilia his quæ primùm nata fuerunt, refugit. Abit enim omne quod naturam deſtruere conatur, non ſecùs ac vermis ignem: ita etiam hic morbus ac infirmitas hanc renouationem.

Qui fit ergò vt hic lapis tales vires habeat, tam admirabiles ægritudines depellat ac eiiciat, quū nihil ex ſua complexione aut ſua forma ſpecifica faciat, nec etiam ex proprietate ſua aut aliis accidentibus naturæ? hoc fit ex ſubtilis practicę viribus, quæ in eius præparatione adminiſtrantur, nempe preparationibus, reuerberationibus, ſublimationibus, digeſtionibus, ſeparationibus, diſtillatio-

SCD Lyon 1

ſtillationibus, reductionibus, ac vltimò reſolutionibus: quæ omnes hunc lapidem in eiuſmodi virtute confirmant & acuunt: non quòd ab initio eas habuerit, ſed quòd tũ primò ei datæ ſint. Idem dicendum de melle, quod eleuatione fit acrius quauis aqua forti, quouis corroſiuo, & quouis ſublimato. Huiuſmodi acuitatis proprietatem nõ habet à natura, verùm ex eleuatione, quæ mel tranſmutat in corroſiuum. Animaduertendum etiam in his efficacibus arcanis, eos qui vtuntur eis, & eorum filios ab eis progenitos, poſtea tanta ſanitate præditos viuere, quòd in eorum corporibus nulla ægritudo, nulla contrarietas, & ſimile quid poſsit ſubſiſtere: verùm tam ſubtili ac pura naturæ complexione ornantur, vt nobiliorem complexionem fore ſit impoſsibile. Nam iſtiuſmodi ſelecta medicina corpus plurimùm ſubſtentat, mundat, & in incorruptibilem vitam ducit, quod impoſsibile ſit eam, & quod ex eo prouenit, poſſe contaminari, ſed vt in ſumma ſanitate nobiliter viuant, efficit, in decimam vſq; generationem. Quemadmodum lapis Philoſophorum non ſolùm vnum pondus tranſmutat, ſed etiam per illud pondus aliud, & per illud aliud etiam alia tranſmutat, quod ferè in infinitum fieret, prout etiam vnum lumen aliud accendit, & iſtud iterum aliud. Similiter de hoc lapide intelligendum quoad ſanitatem, vt etiam ex bona arbore bonum ſemen & ſurculi naſcuntur, ex quibus iterum bonæ arbores prodeunt. Dici enim non poteſt, quàm mirabiliter virtus lapidis Philoſophorum exaltetur: nec indagari poteſt qui id naturaliter fieri poſsit, & niſi euidentiſsi-

SCD Lyon 1

ma ſigna oculis paterent, incredibile foret homines tam miranda poſſe præſtare, quum eius virtus tranſeat ex generatione in generationem ſine corruptione. Dei ſiquidem in vno corpore miſericordia conſiſtit, aliis tandem iuxta meritum eorum aut aufertur, aut conceditur. Proceſſum ac viâ noſtri lapidis Philoſophici igitur ponamus.

Recipe elementum Mercurij, ac ſepara purum ab impuro, hunc reuerberari ſinas in albedinem, quam ſublimato per ſalmiax ad reſolutionem vſque: hoc iterum calcinato ac reſoluito. Digeratur in pellicano per menſem, tandem coaguletur in corpus: hoc non comburitur amplius, nec conſumitur, ac in eodem ſtatu permanet. Corpora quæ penetrat, ſunt cineritia & ſubpallida, ac in nihilum reduci nequeunt, nec alterari: omnem qualitatem ſuperfluam adimit ſenſibilibus & inſenſibilibus, vt ſuprà narrauimus. Et quamuis breuiſsimam viam hîc poſuerimus, laborem tamen prolixũ requirit multis circunſtantiis, & opus habet indefeſſo, diligẽti & experto operario.

De arcano Mercurij vitæ.

De Mercurio vitæ igitur noſtri propoſiti eſt ſcribere: cuius virtus tres præcedentium longè ſuperat virtutes, nec in opere vel arte conſiſtit, ſed in Mercurio vitæ, cui tanta ineſt virtus ac vis, vt nullum ſimplex ſit quantumuis nobile, quod illi poſsit conferri, & aſsimilari. nam ſua natura & proprietas non ſunt ei adnatæ ex viribus quintæ eſſentiæ, nec elementorum, ſed ex forma ſpecifica, quam à prædeſtinatione habet. Non quòd ſolùm habeat virtutes tranſmutandi perſonas,

aut

SCD Lyon 1

aut alia essensibilia, sed etiam renouandi metalla ex prima eorum essentia in nouã aliquam. Idem de crescentibus hoc modo: Mercurius vitæ reducit ferrum in suam primam materiam, iterumque perficit in suam perfectam materiam, vt ex ea iterum ferrum fiat. Ita etiam reiuvenescit aurũ, inque suum primum mercurium & tincturam reducit, digeritque iterum in aurum, & metallum priori simile. nec solùm id præstat in his metallis, at in omnibus aliis. Eadem via in herbis operatur, si earum radices eo fuerint perfusæ, iterum florebunt, ac fructus adferent. Vbi primùm earum semen ceciderit, si Mercurius illis affundatur, renouat eorũ omnia membra, quæ per senectam corrupta fuerant, inq; iuuenilem vigorem, robur, & deperditas vires reducit, vt in mulieribus ætate confectis menstruum, & florem, prout in iuuenibus, & antiquam earum naturam in iuuenilem perfectam reducit.

Sciendum vlterius est arcani Mercurij vitæ, vires eius esse tam potentes in forma specifica, quòd iuuentutem à senectute separet, renouetq; ac augeat iuuentutem. Vnde colligitur iuuẽtam & iuuenilem vim in senecta non deficere, sed in senibus æquè atque iuuenibus existere. Verùm corruptio quæ penes iuuentutem excrescit, tale robur sumit, & ita fit potens, vt iuuentuti vires adimat, vnde senecta cognoscitur. Quum igitur corruptio separatur à iuuentute, iuuentus manifestatur præter inimicitiam & impedimentum.

Similiter intelligendũ de corpore: quod quum putrefit, non idcircò quinta essentia est putrefacta, sed est recens & incorrupta: separatur à cada-

SCD Lyon 1

uere in aerem, nonnunquam in terram, aut in aquam ſpargitur, ita vt in alium locum deueniat. Nam quinta eſſentia nullam patitur corruptionem, quod ſummopere mirandum, vt de corruptione & æternitate ſcribimus. Vt roſa etiã quæ in fimo putrefit, habet in ſe, aut in fimo quintam ſuam eſſentiam, etiam ſi omnia fœteant & putreant, nihilominus in ſeparatione puri ab impuro quinta eſſentia viuit abſq; omni macula, corpus autem putridum fœtens cadauer remanet. Idem dicimus de Mercurio vitæ, cum nempe ſeparare corruptionem, vt à ligno quod putridum eſt ſeparatur. Ad hunc modum ſuas exerit vires in homine. nam quum putredo ablata fuerit, priſtinas vires recipit: mouet ſe quinta eſſentia, viuitque vt in ſua iuuenta. Hoc tamen ſic intelligendum, Mercurium vitæ non excitare nouam quintam eſſentiam, quamuis in contrarium opinio noſtra & experientia interpretari poſſent. Sed quòd ſolùm eſſentia & iunior ſpiritus quæ ex iuuentæ viribus proueniunt, manent inconſumpta & incorrupta: opprimitur quidẽ & pro mortua habetur, eo quòd Mercurius vitæ impurum illud illi adimat, recuperat nihilominus priſtinas vires, per quas iterum viuit primam iuuentutem, vt ſuprà de Halcyone ſatis abundè demõſtrauimus, quæ poſt mortem immutatur & renouatur, replumaturque, quòd quinta eius eſſentia à ſuo domicilio non recedat.

Si putredo domicilium confringit, quinta eſſentia redit in id ſupra quod iacet. quare ſæpius admirandũ quid reperitur in creſcentibus, quod non ex eorum natura, ſed ex accidentibus pro-

uenit,

SCD Lyon 1

uenit, vti de Generationibus ponimus. Hoc sic intelligendum:

In fimo sunt plurimæ putredines simul coaceruatæ ex variis rebus, vt herbis, radicibus, fructibus, aquis, & similibus. inde fit vt per fimum agri fertiles & pingues reddantur, itidem & prata. non quòd putredo hoc efficiat, at quinta essentia quæ in ipso est, quę se insinuans radicibus, vires dat crescentibus, euanescente corpore, & in nihilum redacto, necnon in sua substantia consumpto. Hac de causa stercori humano insunt maximæ virtutes, quum ibi concurrant plurimæ nobiles essentiæ, vt cibi & potus, de quibus multa scribi possent. nam corpus non recipit ab eis essentiam, sed solùm nutrimentum, prout de Nutrimentis scribimus.

Ad praxim itaque Mercurij vitæ nos conferamus, qui mirabiliter suas complet operationes, eiicit manuum & pedum vngues, ac radices canorum pilorum: roborat iuuentutem, ita quòd corruptio senectam suã nullo modo demonstrare possit, nec inueniri vsq; in sequentem ætatem. Practicam igitur aggrediamur, ac paucis cum Alchimistis agamus. his enim multa scribere, prolixeque concionari non est opus, excludendo prętensores & insipientes, ac eius processus sic se habet: Recipe[a] Mercurium essensificatum, quem separa ab omnibus suis superfluitatibus, hoc est, purum ab impuro, dein sublima eum cũ antimonio, sic vt ambo ascendãt, ac vnũ fiant. postea soluas super marmor, ac coagules quartò. Hoc facto habebis Mercuriũ vitę, vt anteà demonstrauimꝰ, de quo in senecta nostra ac arcano cõsolabimur,

SCD Lyon 1

a Mercurium.] *Primò sumenda est tibi minera Mercurij, ac ex ea conficere primum ens, vt in secundo libro: dein sequaris hunc processum.*

De arcano Tincturæ.

Similiter de arcano Tincturæ intelligendum. ipsum namque tollit omnem inconuenientem senectam, omnes infirmitates: quidquid etiam quod sanitatem corrumpit, ac quicquid ei resistit, aut contra eam animatum est. Sciendum etiam arcanum hoc tincturam quandam esse, quæ in se virtutes quasdam, ac proprietates habet, per quas operatur, ac sanitatem adducit, non tamen eo, quo prędicta tria, modo, eiusque operatio est talis, quale est nomen. Nam tinctura tingit bonum & malum, crassum & subtile: ita etiam hæc tinctura in corporibus suam habet operationem, quòd ex putri, mala & infirma complexione, bonam ac sanam rędat, non secùs ac tinctura, quæ Venerem in Lunam mutat, quæ non separat bonum à malo, sed tingit bonum & malum, vt finaliter simlia euadant. Similiter tinctura hæc tingit corpus hydropicum & ictericum in sanum, non quòd origo hydropisis expellatur, & separetur à bono, sed quòd in bonum conuertatur, vt deberet esse in sui optima sanitate, quemadmodũ putridus fimus subtili quodam modo potest reduci in elixir, quod omnẽ putredinẽ pellit. Et quamuis putredo ab ipso non sit separata, nihilominus tota substantia transmutata est in alteram essentiam & naturam.

Idem de hac tinctura intelligendum, quòd ipsa corpus tingat absque separatione boni à malo,

SCD Lyon 1

lo, & expulsione primæ essentiæ hominis, sed ipsam renouat. Sciendum etiam hoc tinctum corpus non amplius in forma simili veteri viuere, at instar metalli quod in aliud transmutatur, veluti ferrum in cuprũ, & plumbum in argentum, quæ non amplius in se habent veterem essentiam, sed tincturæ. non aliter intelligendum de qualitatibus tinctorum corporum, quæ primò naturam tincturæ ad se receperunt, quæ quum non amplius pristinam vitam, ex qua tincta fuerunt, viuant, multo nobilius melius, ac salubrius corpus & formam assumpserunt, quam ab eorum veteri natiua essentia habuerint, instar naturæ auri ex ferro facti. Quum itaque operatio tincturæ sit transmutatrix corporum in melius, vt etiam tinctura metallorum, quod paucissimi intelligunt & sciunt, sciendum est tincturas esse plurimas: quot enim sunt metallicæ, tot etiam sunt corporeæ tincturæ: vna nihilominus melior altera. In corporalibus etiam hoc modo differentia habenda. Sciendum præterea tincturarũ alias quasdam esse naturales, vt croci floris, sulphuris: alias verò artificiales, vt lapidis, realgaris, & similium. Hæc in his arcanis sunt summè intellectu necessaria, quòd non paruum ad ea cognoscenda introitum præbeant. Non prætereundum talem tincturam debere fieri ex septem tincturis, quæ septẽ membris inseruiant, quæque nouerit cuique membro suam proprietatem accommodare. vt cordi, quæ cordi inseruiunt, cerebro quæ cerebro conueniunt, ex metallis & herbis, & his quæ propria sunt, & sic totum corpus per has tingitur, nec vna sola sufficit, sed debent omnes simul esse, quòd

SCD Lyon 1

vna tantùm tingit vnũ metallum, alia aliud. non aliâs hoc loco intelligendum. cuius practica talis est: Recipe membrorum essentiam, à qua separabis elemẽta. accipe ignem, quem in digestione tamdiu relinquas, donec eleuetur, & in fundo nihil amplius resideat, ibidemq; nulla materia substantialiter appareat. dein accipe materiam & vitrum ita lutatum luto Hermetis, ac colloca in locum frigidum & humidum, & resoluetur iterum in materiam visibilem. Hæc est materia visibilis, de qua hic scribimus. His librum hunc conclusum volumus. nam si plura de his scriberemus, Stoicis irridendi ansam præberemus, qua carere malumus, quum Alchymistis satis superque satisfactum sit.

FINIS LIBRI V.

ARCHIDOXORVM PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi, atq; vtriusque Medicinæ Doctoris,

LIBER VI.

De Magisteriis.

BSOLVTIS itaq; libellis de quorundam medicamentorum præstantia, ad Magisteriorum doctrinam nos conferamus, primumque quid Magisterium

SCD Lyon 1

ſterium ſit, declaremus, & ab eius definitione incipiamus. Magiſterium itaque eſt id quod extrahitur à rebus abſque ſeparatione, atque elementali præparatione per alicuius rei additionem, in qua talis materia attrahitur, ac conſeruatur. Vires & virtutes quas habent, nō procedunt ex natura quoad operationem, nec ex virtute ſpecifica, ſed per mixtionem, qua huiuſmodi vires extrahuntur: quemadmodum acetum infuſum vino, totum fit acetum, hoc eſt magiſterium. non ſic tamen quum mel affunditur vino, vinum non efficitur mel, quare magiſterium non eſt. Conſideranda autem ſunt ea quæ ad magiſterium pertinent, vt etiam quod vinum ad acetum. nam id quod imperfectum eſt, ac illud quod perfectum eſſe deberet, magiſterium non eſt.

Quare conſiderandæ ſunt naturæ rerum: nonotanda etiam differētia eſt magiſteriorum, quæ ex metallis, lapidibus, marchaſitis, herbis, & ſimilibus aliis materiis extrahuntur per ea quæ metallica nō ſunt, metallis nihilominus ſimilia fiūt, non ſecùs ac vinum aceto ſimile eſt in ſuis viribus, virtutibus, guſtu, ſapore. Et quamuis vinum aceto aſsimiletur, hoc fit, quia natura aceti talis ſit, quòd naturæ vini aſsimiletur. Si metallorum natura ſimili modo eſſet acetoſa, pariformiter appareret in magiſteriis, quod ex proprietate non habet. Vlterius igitur ſciendum, additionibus & eis quæ ad hæc aſſumuntur, vtrùm ſint eiuſdem complexionis & virtutis actu, quum in preparatione eueniat, quod illud ſit magis appropriatum quàm complexionatum, quod reſultat ex talibus viribus. Per iſta metalla præbent

SCD Lyon 1

ſua magiſteria, quæ ſecundùm ſuas virtutes non ſunt minoris exiſtimanda quintis eſſentiis. Nam aurum dat in magiſterio omnem ſuam qualitatem & complexionem in ſua eſſentia, propterea non exiſtimandum nihil boni ibi eſſe. reliquum quia corpus eſt nullius momenti, reliquum nihil valere propter ſuam leproſitatem: at ea illi non nocet, ac ei in bonum cedit. Ratio, Saccharum quamdiu eſt cum corpore, ac inſeparatũ, eſt dulciſsimum: poteſt etiam in dulcedine conſeruari, vt multò dulcius ac efficacius euadat, quàm fuerit in ſuo corpore. Quare corpori non nocet, nec ei damnum infert, quamuis virtus ſeparata à corpore ſit multò nobilior, quàm quum præparata eſt cum corpore. nam præparatio magiſteriorum id aufert ab eo, ac magis emendat, quàm naturæ attribuendum ſit.

Idipſum intelligendum de lapidibus, quorum in magiſteriis fit mentio, cum eorũ corporibus, & etiam de eo quod in eis in vſum aſſumptũ eſt, virtus eius nullius rei eſt indigens, ſed potẽs, aut fortis ſatis vt fiat magiſterium, quod ſic percipe. Sulphur quũ accenditur, prorſus exuritur, quũ minimum ſit illud quod eum adurit. Similiter & lapides & criſtallus quum fiant magiſteria, vt etiam omnes lapides in primam eorum materiam mirabiliter conterit. ſic etiam eius eſſentia. Sed hoc fit ea de cauſa, quòd corpus à quinta eſſentia tingatur, ac pro ſimili haberi poteſt, non ſecùs vt acetum & vinum, quorum vnum aliud ſibi ſimile reddit abſque omne defectu. Similiter etiam non ſolùm in lapidibus, verùm etiam in metallis talis tinctura fit, vt quinta eſſentia auri totum corpus

auri

SCD Lyon 1

auri in puram quintam essentiam tingit, quod nos quidem magnum, & plus quàm magnum existimamus, vtque leuem quoddam omnium secretorum Archidoxorum nostrorum. Quare hilari animo accendimus carbones, vt inuestigemus finalem conclusionem istorum naturæ magnalium. Instructionem ex comprobatis experientiis depromimus, hoc est, ex magisteriis, vt ex magisterio auri tantùm quintæ essentiæ extrahitur, quantũ corpus, ac quinta essentia in se sunt, aut continent. Quapropter peculiaribus virtutibus dotata esse magisteria confitemur, scribimusque nobis ad memoriale in mortem vsque.

Pariformiter de magisterio marchasitarum loquimur, quod tantę est efficaciæ, vt eius vncia semis plus operetur, quàm corporis centum. ratio, quòd centesima pars vix quinta essentia sit. Quare quum eius sit tam parua quantitas, eò erit eius maior adhibenda, talis egredietur cum magisteriis. nam per magisteria tota quantitas corporis in magisterium adducitur. quod nihil aliud est, quàm vera quædam artificialis quinta essentia, similis naturali. Huius vna vncia sumpta plus prodest, & commodi ac sanitatis etiam plus adfert, quàm centum corporis. ratio, quòd omnia sunt præparata, acuta vsque ad summum facta, ac in parem quintæ essentiæ qualitatem reducta, quibus vires & potentiæ corporis insunt, ac absque adminiculo ex eis oriuntur. nam in eis tota vis ac penetrabilitas totius corporis, vnà cũ corporis mixtione inest. nam corpus nihil eum desiderio recipit, præter ea quæ ipsi spiritualia sunt: quò fit vt magisterium ad se attrahat, ad se cum

SCD Lyon 1

eo permiſceat, non ſecùs quàm aurum ad ſe attrahit argentum viuum, ac ei commiſcetur, quod ferrum nõ facit. ratio, quòd non ſint conueniẽntia in compoſitione.

Quòd corpus & magiſteria ſimul commiſceantur, & vniantur, plurima extant exempla, quæ hîc referre non eſt neceſſe. Idem de marchaſitis intelligendum, quæ hæc eadem via ſuas medicinas perficiunt, quamuis ibi aliqua ſit differentia: nempe quòd ipſæ ſuum corpus derelinquunt, & optimum, vt ſuccus ab eis extrahitur, nihilominus eſt magiſterium, quamuis corpus ab eo fuerit ſeparatum. Et ſic intelligendum, corpus hoc non eſſe corpus marchaſitæ, ſed montem, vel terram, vel mineram, cui marchaſita ineſt. nam eius virtus nõ eſt tam efficax, vt ſe ipſam ſeparet à terra, aut minera, ſed remanet in eis vt marchaſita, qualis etiam exiſtimatur.

Quare ad declarandum quid ſit magiſterium, ex quo fiat, & quibus virtutibus ſit dotatus, volumus in ſequentibus practicam adducere, conficiendique eius modum declarare. Proceſſum eius vnica ſcriptione non poſſumus conſcribere, ſed conſimilium omnium particulariter tractabimus, vti de metallis per ſe, de marchaſitis per ſe, de lapidibus per ſe, particulariter etiam de herbis.

De ſanguine etiam particulare magiſterium ponemus, quod etiam particulari forma docebitur. nam in eo conſiderabuntur virtutes & vires humanitatis, & quid natura hominis in ſe contineat, & in quibus defectum patiatur & damnum, ſine diminutione tamen naturalis creationis,

SCD Lyon 1

nis, sed omnibus suis partibus perfectum opus est, vt auis cum suis plumis.

De extractione Magisterij ex metallis.

Primò itaque magisteria metallorum manifestabimus, quòd cum admirandis virtutibus se patefaciant, iuxta tenorem suarum essentiarum. Sciendum primò, processum eorum fieri debere absque quibusuis corrosiuis: secundò, absq; omnibus illis rebus quæ metallorum complexioni repugnant. nam ex duorum contrariorum commixtione essentiæ corrumpuntur, sic quod propter hunc errorem nihil virtutis adferant, vni prædominante altero.

Quum itaque concordantię ratio sit habenda, solùm temperatum illi conueniet, quare tibi notum esse debet quid sit temperatum. Temperatum est quod complexionatum ad se attrahit, incorporaturque cum eo quod illi adiungitur, sic vt veterem suam complexionem amplius non ostentet, sed virtutes rei, quę illi adiuncta est. vt vinum ardens, quod multas ac perfectas complexiones habet in se, vt si in eo aliquid mittatur, vires & operationes adauget.

Quum itaque alienas virtutes ad se attrahat, & suas domet, meritò temperatum dicitur. Quamuis enim aliquæ differentiæ notandæ hîc sint, nihilominus elementa tantùm præparamus, vt de oleo dicere possemus, quòd alias naturas in se trahat, & sua elemẽta abscondat. Ex simili quopiam deberet fieri magisterium, vt metallorum vires veniant in eiusmodi temperatũ, & cum illo mundentur, subtilientur, & digerantur in præfixum

SCD Lyon 1

ſuum terminum. Magiſterium hoc quum fuerit perfectum vocatur potabile, eo quòd potabile ſit. quò fit etiam vt magiſterium auri aurum potabile nominetur: argenti, argentum potabile. ita etiam ferrum potabile, cuprũ potabile, plumbum potabile, ſtannum potabile, Mercurius potabilis, prout iuxta ſuas complexiones diuiduntur, & ſcribuntur: ſecundùm quas habent operationes ſuas maiores quàm ſcribere nos deceat. & ad hũc modum omnia ſeptem ab vno temperamento fiunt vnico proceſſu & practica, quæ talis eſt:

Recipe circulatum optimè, & ad ſummam eſſentiam repurgatũ, cui impones metalli tenuiſsimas laminas aut limaturas, vt libuerit, ſubtiliſsimè malleati & mundati: hæc duo pondere ſufficienti circulentur per menſem, & per temperatum hoc laminę reducentur in oleum, in modum pinguedinis ſupernatans, coloratum iuxta conditionem ſui metalli, hoc per attractorium argenteum ſeparabis à circulato, & habebis aurum potabile, vel argentum potabile. Idem de reliquis metallis, quæ abſque vllo detrimento in potu & cibo ſumi poſſunt. Peritis ſatis dictum.

Extractio Magiſterij ex lapidibus, perlis & corallis.

Sequitur nunc Magiſterium lapidum, quod intelligendum ad eundem modum quo de metallis, quo ad eorum virtutes, quas quiſque à natura habet. Sciendum quòd lapidibus nullo temperato nullaq; additione opus ſit, quum eorum reſolutio non ſit eadem cum metallorum, ſed peculiari quodam modo eorũ magiſterium extrahitur.

SCD Lyon 1

hitur. quorum in practica tres processus sunt notandi: primus ad gemmas: alter ad marchasitas: tertius ad coralla. Iuxta hæc tria omnia lapidea ad magisterium adduci possunt. In processu lapidum non sunt obseruandi colores, nec claritas, quòd in eorũ omnium magisterium colorẽ albũ habeant. idem de perlis. At circa coralla quæ colorem pristinũ retinent, est notandum id ipsi fieri, quod eorum magisterium extrahatur per additiones cum corpore, elementis, & essentia absq; vlla corruptione, ac possunt iterum in pristinam perfectionẽ reduci. quare quoad generationem & naturam nullo modo gemmis comparari possunt, quamuis lapideæ sint cõditionis. Et quamuis aliquando contingat colorem à toto corpore corallorum aliis quibusdam mediis extrahi, nihilominus ex coralli corpore postea potest formari, vt ex limo forma, cui iniectus color corpus in pristinum corallum reuertetur, tale nihil in perlis aut gemmis, quod in primam perfectionẽ non reuertantur, at manent in magisterio incorruptibiles in eorũ essentia: quamuis viderimus ea penetrasse vitra & instrumenta, ac ea eorundem naturam accepisse. prout magisterium magnetis, quum ad se traxit formam similem materiali magneti, ac in vitro adhæserit, illud tingit, quò fit vt illud vitrum ad se attrahat acus & paleas: nimirum imbutũ eius virtute. idem intelligendum de aliis. quare conseruanda sunt in auro. Plura quàm credibile est, nobis euenerunt, quorum retinuimus memoriale tantùm, vt in aliis similibus artibus huiusmodi virtutes inuestigemus, prout etiam in magisteriis. Quum itaque ad alias extra-

SCD Lyon 1

ctiones peculiarem prębeant demonstrationem, practicam istorum demonstrare volumus, ac primò à gemmarum extractione initium facere.

Recipe gemmarum contritarum & calcinatarum iuxta reuerberatoriam conditionem ℔.j. Salis nitri communis etiam ℔.j. misceantur simul, ac in calcem redigantur. hoc ablue vino ardenti tamdiu quoad nulla fuerit materia superflua reperta. Hanc iteratò calcina vt prius: sic totum in vinum ardens transit, hoc bullitione euapora, & habebis alcali, quod resolutum in aquam serua.

Huius administrationem nõ abhorreas, quòd sit aliquantulum acutum & calcineum. nam in nullo egerit suam operationem, præterquam in eo quod sibi reluctatur. Estque ita subtile, quòd eius vna gutta totũ corpus tingit singulari cum virtute. Perlæ etiam eodem modo in aquam reducendæ sunt ad hunc modum:

Recipe acetum correctum, cui imponito perlas minutim contusas ac contritas, sinito digeri per mensem, & in aquam resoluentur. quam distilla per balneum, & acetum separato, inuenies in fundo margaritas resolutas in aquam, quod est magisterium perlarum. Et quamuis hic processus prima fronte videatur esse ferè nullius momenti, crede nihilominus experto: mirifica operatio ipsorum est: non tamen fit per artem hæc virtutum actio, sed in natura ipsorum est, quæ in grossa substantia occultatur, & non potest operari, sicut mortuum corpus, sed resolutione facta viuificabitur eius corpus. de quo satis.

Coralla etiam primùm conteres, ac calcinabis cum sale nitro, deinde, vt gemmæ præparanda, ac resol-

SCD Lyon 1

resoluenda, & habebis magisterium corallorum: cuius virtutes satis admirari nequeo, quas Deus huic crescenti tribuit, quum tam mirabiliter crescant, ac tam admirandè operentur.

Extractio Magisterij ex Marchasitis.

Vlterius sciendum de Magisterijs ex Marchasitis, eas solummodo esse mineras, siue matres. quare mineralia earum in magisterio nullo sunt vsui, at verò solùm marchasita, prout de metallis, quæ ad magisteria non adducuntur, nisi separata fuerint à mineris. Et quamuis marchasitæ ab eis non possint separari, hoc tamẽ fit in magisteriis. Marchasitarum genera sunt varia, vt marchasita aurea, argentea, talck argenteum, talck aureum, talck perspicuum, marchasita stannea, antimonium, granatina, & alia similia. Vnica in eis est extractio magisteriorum conueniens omnibus. Virtutes earũ etiam & efficaciæ in medicina sunt iuxta operationes, proprietates & virtutes metallorum: nam etsi non sint metalla, eorum tamen proprietatem habent. Quare nihil singulare hîc de ipsis ponimus, quod de extrinsecis, siue specificis, eorum latior fiet mentio. Consideranda etiam differẽtia, cur particulariter simul ᵃ nõ conueniant & concordent, vt aurum & marchasita, antimonium & plumbum, quæ in sui constellatione & fabricatione sibi mutuò comparantur, in virtutibus nihilominus ab inuicẽ separata sunt. nam in nonnullis marchasitis plus virtutum in eis, quàm in suis consimilibus metallis inuenitur, vt de plumbo videre est, & antimonio: nam antimoniũ leprosos sanitati restituit, morphea,

BIBLIOTHÈQUE LYON UNIVERSITAIRE
SCD Lyon 1

alopetiam curat, ſimiliter & ſcabiem omnem, cicatrices, leoniná, elephantiam, tyriaſim, &c, quod magiſterium plumbi non præſtat. Quare huiuſmodi proprietates notandæ ſunt, quę non ſolùm in maioribus ſunt, ſed etiã in minoribus aliquando ſunt. Rationem igitur inueſtigemus cur antimonium plus virtutis habeat quàm ſuum metallum. Corpus nõ habet fixum, nec ſatis digeſtum in ſui perfectionem, vt plumbũ, à quo aſſumit ſibi proprietatem, vt volatilis ſit. Nunc materia ex qua naſcitur, vti de Generationibus ponimus, eſt ſpoliatiua & mundificatiua à ſua naturali proprietate, quæ ſibi manet incorrupta, per quam purgat argẽtum & aurum magis quàm ignis, vel quoduis aliud elementum. Inde fit quod mundet & purget corpus, prout aurum & argentum per ipſum ab omnibus ſuis immũditiis. Ita etiam magiſterium antimonij plus quàm credibile eſt, corpus à lepra prorſus liberat. Idem de reliquis marchaſitis intelligendum. Conferamus igitur nos ad practicam, ac præparationes omnium eorum magiſteriorum doceamus.

Recipe Marchaſitæ minutim contritæ, Aquæ ſoluentis tantùm vt ſex digitis ſuperemineat: ſoluatur, ac ſinito putrefieri per menſem, dein diſtilletur per attractorium argenteum, ac ſeparetur, prout de metallis diximus. & habebis magiſterium marchaſitæ, quam acceperis.

a *Non, deeſt in alijs exemplaribus.*

Extractio Magiſterij ex ſubſtantijs pinguedinoſis.

Sic etiam de extractione magiſterij ex pinguedinoſis

dinosis substantiis intelligendum est, vt de pinguedine carabis, resinarum, oleorum, & eorum quæ in similibus substantiis & materiis se visui offerunt. Tres enim modi sunt, per quos pinguedinosa ad magisterium adducũtur. Peculiaris vnus est de carabe, alter de resinis, tertius de pinguedinosis, vt oleis, seuis, butyro, & aliis similib⁹. Nam carabe nunquam patietur extractionẽ magisterij, si extrahatur eo modo pinguedinosa: nã vires eius perirent. nec etiam resinata possent ferre præparationem carabe: nam eis esset damnosa. Extractionem itaque magisteriorum in tres modos partimur, quum tam excellentes virtutes in pinguedinibus existant, & hoc multifariam. nam vbi quintæ essentiæ nihil operari, aut iuuare possunt, operantur pinguedines, quum habeãt eam rationem propter virtutem specificam, & sibi appropriatam, quæ in aliis non ita perfecta est, non secùs ac de corallis ad gemmas dictum est. sic etiam de his intelligendum. Practica verò carabis sic se habet:

Recipe Carabe optimè contritum, cui adde circulatum in flaccum, digeratur in cineribus per sex dies, dein distilletur, inde circulatum rursus affundatur. hoc tam diu facias, quousque oleum in fundo reperiatur. quod est magisterium carabis, quod nobis multas patefecit virtutes. de his satis. Aliæ resinæ ad hunc modum ad magisterium suum adducuntur.

Recipe Terebinthinæ, aut Gummi, aut Picis quantum volueris, quæ in vitreo vase bene lutato posita digerantur per se per mensem in digestione calida, postea bulliant in vino ardente per

SCD Lyon 1

ſpacium dimidiæ horæ cum aqua ſoluentis mixto, dein digeras per alembicum cæcum per diem: ſinito quieſcere, & inuenies aliqua olea in ſe ipſis diſtincta, quæ ſeparato, quodlibet in ſua natura eſt magiſterium.

Ad eundem modum oleorũ magiſteria fiunt, (abſq; additione tamen aquæ ſoluendi) quæ ſimiliter vires habent, ſecundùm materiæ ſuæ virtutes. de his ſatis.

Extractio Magiſteriorum ex Creſcentibus.

Vt igitur ad Creſcentia deueniamus, exiſtimamus ea eſſe creſcentia, quæ virent, & areſcunt, & iterumque virent: aut quæ florent, vt arbores, & herbæ. Sciendum magiſteria ex his extrahi diuerſimodè. peculiariter enim ex arboribus, & peculiariter ex herbis. Quorum differentia hæc eſt, quòd illud ſit lignum, hoc verò putrefactibile. folia & flores præparantur vt herbæ, quarum præparationes ſeparatim ponemus. Magiſterij lignorum præparatio ſic ſe habet:

Recipe lignum minutim conciſum, quod in ollam bene vitreatam, in igne conſtantem & bene coopertam poſitum, igne carbonis per quatuor horas aduratur, Hoc ab igne exemptum putrefiat per menſem, deinde per cineres vrgeatur vſq; ad vltimos ſpiritus. quo facto ceſſa, ne magiſterium fœtorem concipiat. hac via magiſterium ligni habebis, quod præparandum ſuſceperas vnà cum odore ligni.

Sic etiam ſemina in oleum poſſunt reduci, & iis ſimilia, etiam radices & cortices, & quicquid in ſua materiali ſubſtantia oleaginoſum eſt. Eſtq; in

in extractionibus istis plus artificij quàm dicatur, aut intelligatur, quamuis totus processus hîc demonstretur.

Herbæ autem & id genus alia, ante omnia sunt vino ardenti permiscenda, & cũ ipso putrefacienda per mensem, postea distillentur per balneum: quo facto quod distillatũ est iterum affundatur: ac toties id faciendum, quoad quantitas vini ardentis quater herbarum succos superet, quod digeratur per pellicanum cum nouis additamentis per mensem, dein separa, & habebis magisterium huius herbæ, quam præ manibus habuisti.

Extractio Magisterij ex vino.

Vini Magisterij extractionem etiam declarare proposuimus, quòd penè innumerabiles virtutes in se continet. nam vt in Generatione vini ponimus, naturam suam accipit ex nobilissimis virtutibus in terra latentibus. Est etiam sciendum magisterium vini duabus viis fieri, quamuis hîc vnam subticeamus, quòd processus eius omnibus sit notus, vt in vini ardentis confectione ponimus. Sunt etiam variæ viæ & practicæ magisteriorum vini. nam aliqui illud extrahunt, dum vinum adhuc recẽs aut mustum est, bulliendum inter. alij illud sepeliunt, ac ita sinunt digeri per 10. annos, alij 100. dies. plerique solent coquere illud singulari quodam ingenio & arte, absque igne. Quocũnque modo id fiat non scribimus, at id quod per nos re ipsa experti sumus, non grauabimur vobis impartiri.

Primò itaque sciendum, vinum spiritum esse subtilem & paucũ, multoq; phlegmate refertum:

SCD Lyon 1

quamuis enim sit essentia quinta vini, nihilominus fit ex ea magisterium. ratio, quod vberior practica & processus ad ea accommodantur. Sciendum præterea maiores vires in vino esse, vbi tartarum nondum posuit: quum in tartaro excellentissimæ virtutes existant, ac reperiantur. Item vetustas vini est multò præstantior iuuēta, eo quòd spiritus vini magis digeratur tempore senectæ, quàm iuuentæ.

Notandum interea hoc, vinum quod ad hunc vsum accommodatur, sepeliri debere in humida ac frigida terra, ab omni parte bene coopertum & occlusum: sic enim multis centenis annis à tartaro liberum conseruatur. De prolixitate temporis, quum id plurimùm tædiosum foret, loqui desistimus, sufficiat in memoriā reuocasse. Nam nō est magisterium vini quod ex musto sumitur, sed musti. nec etiam est artis quod distilletur cum fæcibus & phlegmate, vt vinum ardens, quòd hac via spiritui virtus deficiat, ac amittat vires, quæ sunt in eius essentia, quod minimè fieri conuenit. Exempli gratia, Acetum optimum quo sæpius distillatur, eo longius ab aceti spiritu recedit: quapropter summa adhibenda diligentia, ne quo modo in magisteriis essentia corrumpatur, sed potius vt augeatur & fortificetur. Item si separetur absque igne, non est magisterium, quum ei desit substantia. Quare omninò sciendum est, spiritum vini cum substantia conseruari debere, & nō cum phlegmate. nam in ipso sunt duæ substantiæ, vna vinosa, altera phlegmatica. vinosa est illa, in qua spiritus vini inest, & à qua separari non potest: phlegmatica autem illa, quę fixa est, cum fæcibus

&

& aqua dulci, quæ ab eius ſubſtantia debent ſeparari, vt metallum à ſua minera & terra.

Nec hoc loco intelligendum vini mineram eſſe fæcem & phlegma, ac ſubſtãtiam vini eſſe corpus, in quo quinta eſſentia conſeruatur, vt eſſentia auri, in qua aurum latet, aut occultatur. Practicam igitur nobis ad memoriale quoddam ponimus, vt non obliuiſcamur. quæ ſic ſe habet:

Recipe vinum nobiliſsimum & optimũ quoad fieri poteſt, boni coloris & ſaporis, ad placitum. hoc infunde in vas vitreum, vt tertiam eius partem impleat: ſigillo Hermetis occluſum, ponas in putrefactione in fimo equino calido per menſes quatuor, ita quòd calor illi nõ deficiat. Hoc peracto, hyeme quum gelu maximè ſæuit, huic per menſem exponatur, vt congeletur: hac via frigus protrudit ſpiritum vini vnà cum ſua ſubſtantia in centrum vini, ac ſeparat eius ſubſtantiam à phlegmate. Quod congelatum fuerit, abiiciatur, quod congelatum non fuerit, hoc erit ſpiritus vini cum ſua ſubſtantia. Hoc in pellicano poſitum ſinas in digeſtione arenæ non adeo calida permanere per aliquod tempus, poſtmodum eximatur, & habebis magiſterium vini, de quo locuti ſumus. Si quæ ad hunc proceſſum deſint, quum de Elixiribus agemus, latiùs declarabimus. Impoſitoque fine huic proceſſui vini ad magiſteria ſanguinis nos conferamus.

Extractio Magiſterij ex ſanguine.

In ſanguine multæ ac admirandæ ſunt virtutes, & plures quàm credi, & ſcriptis exprimi poſſit, maximè quòd ſanguis ex potiori fonte cordis

SCD Lyon 1

exiſtat, vt de Cõpoſit.hominis ponimus, in quo nullus eſt defectus,nec eſſe poteſt. Quum ſecundùm cordis naturam ſuas habeat conditiones, qui etiam eſt theſaurus totius naturæ, ac omnis eius quod in ea viuit.

Conſideramus iterũ quòd vbi ſanguis pfluit, quòd ex huiuſmodi viribus procedat & veniat. nam vbi profluxerit, moriuntur omnes ſpiritus & vires, quæ ſanguinem renouare, ac ſuſtentare ſolitæ erant. quod eſt minimum. poteſt enim in ſua eſſentia (vt inferius latiùs) conſeruari. & qd' potius eſt, conſideramus raros eſſe homines, qui in ſe ſanum habeant ſanguinem. Quare videndum vt huiuſmodi homines per arcana & quintam eſſentiam in renouatã eſſentiam adducantur, vt ſuprà meminimus, quo ſanguis incorruptus ab eis effluat. Nec loquimur hic ſolùm de ſanguine hominis,verùm etiam de ſanguine ſpermatis,quem in libro Secretorum deſcribimus, in quo nulla ægritudo, nullaq; alteratio exiſtit, ſed eſt ſummè admirandus ſanguis ex hominis ſemine,quẽ hic ſumere prætendimus, & hoc multis de cauſis, quæ hic non adducuntur. Loquimur etiam de ſanguine panis, qui ad eundem vſum ſumi debet. Sunt enim in eo tam mirandæ virtutes, quas inueſtigatione percipere non poſſumus,nec id faciendi onus ſuſcipimus. Idem intelligi poteſt de omnibus nutrimentis & commeſtibilibus, in quibus ineſt ſanguis, quamuis id oculis percipere non poſsimus, nihilominus per putrefactionem in ſtomacho & hepate ſanguis fiunt. Pariformiter omne id quod commeſtibile eſt,in ſanguinẽ immutatur in corpore.De huiuſ-

modi

SCD Lyon 1

modi ſanguine nolumus latiùs ſcribere, quum certò ſciamus nos nulli rem gratã facturos quàm nobis ipſis. Quieſcamus igitur pauliſper, ac dormiamus, quò poſtea à dulci ſomno facilius expergiſcamur. De hoc ſanguine itaque hoc modo loqui volumus, valeat quilibet in ſuis viribus quantum valere poteſt, & in ipſo eſt. nam ex bono multum boni ſequetur, quod nobis præcipuè conſiderandum eſt. Neque ſolùm de ſanguine commeſtibilium, verùm etiam de ſanguine potabilium loqui decreuimus, qui etiam corporibus noſtris ſanguinem exhibet. Poſſunt enim quintæ eſſentiæ non minus quàm arcana ex ſanguine extrahi, quod hîc non patefacimus, quum ſolùm de magiſteriis hîc tractare noſtræ fuerit intentionis, & hoc vno ſingula concludere.

Recipe ſanguinem, quẽ pellicano concluſum ſtatuas ſuper ventrem equinum, ſinas tranſcendere tam diu donec tertia pars vitri pellicani, totum pellicanum impleat. nam omnis ſanguis in ſua rectificatione ſeparatur à ſe, non ſecundùm pondus, ſed iuxta quantitatem. quo completo, rectificabis per balneum, ac recedent phlegmata, & magiſterij reliquiis in fundo remanentibus, quod per retortam ſigillo Hermetis concluſam nouies diſtillato, vt in lib. de Præpar, docuimus. Hac via magiſterium ſanguinis habebis.

FINIS LIBRI VI.

SCD Lyon 1

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI, PHI-*losophi excellentissimi, atque vtriusque Medicinæ Doctoris.*

LIBER VII.

De Specificis.

TANDEM tempus est, vt de Specificis dicamus, quibus incredibiles ac maximæ insunt virtutes, quæ suas origines nõ ex natura sumunt, quòd neque calidæ, neque frigidæ sint, sed præter illas vnicam naturã, vt vnicam essentiam habent, prout plurimis in locis meminimus. Hoc specificum sumit originem suam ab externis, vt quum lignum aliquod in ignem coniicitur, & ardet, non est hoc ex propria natura.

Nascũtur etiam specifica ex coniunctionibus, vt quum mastix & colophonia simul coniungun tur, fit attractiuum, quod neutrum tamen per se est. Item quum Terebinthina coagulatur, fit lapis, qui ferrum attrahit, vt Magnes. Sunt & plurima alia, quæ alia via huiusmodi vires à suis com plexionibus habẽt, & ab extra. Elleborus est com positus ex liquore lapidis & terræ, ex his duabus compositionibus prouenit specificum, quod pur gat. Sicut etiam oleum granorum cerasorum, & acetum post suam digestionem fiunt laxatiuum,

quum

SCD Lyon 1

quum ex natura neutrum laxet. Quare huiusmodi specifica nascuntur ex propria natura per compositionem elementorum, & propriæ essentiæ, non secùs ac color qui non oritur ex frigore & calore, sed ex compositione, prout gallæ etiam cum vitriolo producunt atramẽtum, quum neutrum sit nigrum. Sic etiam salmiax & vrina efficiunt colorem nigrum, quum vtrunq; sit album. Idipsum de specificis intelligendum, ea simili modo suam originem accipere, quòd quædam ab extra tales virtutes assumant. nõ mirum hoc cum omnibus herbis euenire, & non vni generi tantùm, intelligendum sit. Vbicunque nascatur Magnes, semper est attractiuum, coloquintis purgatiuum, & papauer anodinum. hoc prouenit ex compositione quæ eis inest. quo fit vt omnis magnes sit attractiuum, coloquintis quæuis purgatiuum. non itidem de extraneis specificis. nam sic se habent: Si silex magnetis virtutem in se haberet, & & alter qui ei similis esset, nõ, hoc esset specificum externum. Et quamuis raro contingat, & si aliquando in vna herba inueniri contingat peculiarem conditionem, quæ in alia sui generis non sit: & quamuis sint multa specifica, quæ ab influentiis dependent, nolimus tamẽ hîc asseuerare ipsa ex influentiis prouenire, sed suo loco, vt in Philosophia reseruabimus.

Specifica autem plurima inueniuntur, vt odorifera, quæ suam originem sumunt ex compositionibus & digestionibus, vt aqua vitrioli distillata cum salmiax, musci refert odorem, quũ neutrum illorum similem odorẽ habeat. Plura etiam eorũ sunt, quæ odorifera fiunt, quum antea non

SCD Lyon 1

essent, odoremque nobilem concipiunt, vt rosa, aut lilium, quibus primò nullus fuit odor, at labore, digestione & separatione odor excitatur. Vt etiam stercus vaccinum quod fœtet, si eleuetur, ambræ odorem induet, & quod in fundo subsederit, stercore humano erit fœtidius. Sunt & quędam specifica, quæ diaphoretica sunt, sudorem prouocantia, quæ etiam ex compositione virtutem accipiunt, vt quum candens pruna in pugillum terræ humidæ coniicitur, emittit vaporē: sic etiam quum zinziber in corpus traiicitur, adurit illud, ac à se ipso ibi extinguitur, nō aliter ac calx, quæ in aquā proiicitur. Calor hic contingit zinziberi ex acuitate quę ipsi inest, ac etiā quod cum calido elemento coagulatur tanquam lapis, qui p ignem ad huiusmodi calorem reducitur. nam quodlibet diaphoreticum est calx liquoris terræ, prout de Generationibus eorum docuimus.

Purgatiua etiam ex compositione prodeunt, vt rhabarbarum, quod est calx liquoris: hac tamē differentia, vt in modum tartari, quod adustum resoluitur in aquam, eo liquido quod secum arripit, quum in locum humidum positum fuerit. sic & de rhabarbaro & aliis purgatiuis intelligendū. ea enim suam originem vt calx variis modis accipiunt. Nonnulla soluunt choleram, vt rhabarbarum, quod simile sit tartaro calcinato: tartarus enim calcinatus potest esse loco rhabarbari, modò fuerit in balsamum reductus. Aliquando verò phlegma, vt turbit, hoc ideo quòd secum realgar (quod est impurus & superfluus sanguis, vel scabies) soluitur, & non aliud. Alia melancholiam, vt senæ, quod intelligendum est ad modum

nitri,

SCD Lyon 1

nitri, quod secum resoluit lapides, & non aliud. Quædam sanguinem, vt manna: hoc intelligendum vt de arsenico, quod secum soluit sublimata. Sic etiam de differentia istarum rerum iudicandum est, vti sunt in se ipsis diuisa, prout iam diximus.

Quædam etiam sunt confortatiua, quæ prodeunt ex compositione, vt sperma carens viribus, ex quo per naturam nascitur fæx quædam ex prædestinatione sua. Sic confortatiuum est prædestinatũ quoddam ex prædestinatione compositionis. at Carlina, quæ non ad hunc modum nascitur, attrahit ad se virtutes aliarum radicum, vel herbarum, atque eis omnes vires adimit, quas sola possidet, ad instar Solis, qui humorem ad se trahit è ligno, prout latiùs de Generatione declaramus. Sunt etiam quædam mundificatiua, quę per suam compositionẽ simul iungũtur, vt mundificent, vt quum calx terræ transmutatur ac coquitur in aliam formã, per quoddam liquidum, vt picem, mel, gummi & resinam. Huiusmodi alterationes sunt similes flori Veneris, qui primò est purgatiuum, vt etiam calx esse decet: postmodum igne reducuntur in stipticum, sic vt purget & mundificet. Sunt & corrosiua, qua salia aliquando calcinata in terram, aliquando iterum substantiata in vnam materiam, prout de generibus salium ponimus. Variæ multæq; sunt proprietates in rebus, quas nos de proprietatibus rerum & earum generationibus tractamus, & hoc loco satis declarauimus. Et quãuis quædam sint dura, & nonnulla mollia, hic detegere nolumus. Nam Archidoxa non tractant de toto principio.

SCD Lyon 1

ſed de ſpecificis. Quî illa in ſupremum naturæ gradum reduci poſsint, volumus in ſequentibus agere, ac experientiam eorum nobis ante oculos ponere, excludereque concionatores illos angulares, qui de Deo loquuntur, huius artis prorſus ignari, veri hypocritæ, cineritij & nigri, qui huius artis ſectatoribus inimici ſunt immortales: quique exiſtimant ſe cum ſuis cucullis eſſe gloriam mundi, fabulatores, cauillatores, multiloqui, claudicantes vtroque pede, ſimulatores. Præſupponũt ſe omnium ſapientiſsimos, quum ſint ſtultis ſtultiores: hominum impoſtores ob tranſitorias opes. Volumus itaque de ſpecificis agere, prout ea nos in vſu habemus. interea Vniuerſitatum illos Medicos ſoliſcios ſinamus legere & opinari, non curantes ſi illis ſua bene aut male cedant.

De Specificis odoriferis.

Ad ſpecificum odoriferum itaque primò nos conferre volumus, indagareque qua via formaque fiat, & qua virtute maximè præditum ſit. Sciendum itaque ſpecificum odoriferum eſſe materiam quandam, quæ ab ægro pellit ægritudinem, non ſecùs ac Zibeta expellit ſtercora ſuo odore. Ad hunc modum etiam expellit ſpecificum hoc odoriferum morbos.

Notandum quòd ſpecificum quum miſcetur cum ſapore malo, vt cum fœtore ſtercoris, ille fœtor nihil illi poteſt nocere, nec in ipſo remanet, ſed tingitur odore bono, & quò plus fœtuit, eò præſtantiorem poſtea recuperat odorem, quum nihil ſit tam male olens, quod bonũ odorem inficere poſsit, ex quo aliquid incõmodi proueniat:

ſed

SCD Lyon 1

ſed bene tranſmutatur, vt multis in locis probamus. Quò fit vt aliquando muſco aliquantulum ſtercoris addatur, quòd ipſum magis penetret, quàm muſcus, ac multò citius peruenit ad metam ſuarum operationum. Quandoquidem notum eſt, plus mali quàm boni odoris olefieri & ſentiri. Prout etiam tyrus in theriacam ſumitur, vt ſummè penetret membra vnà cum viribus aliorum. Sic etiam de ſpecifico odorifero iudicandum. Sciēdum etiā morbos odoriferis curari, ac expelli ab eis, qui medicamēta minimè ferre poſſunt, vt in epilepſia, aut apoplexia. Plurimi ſunt odores qui epilepticum reſuſcitant, ac ſubleuant apoplecticum, non quòd illi ſoli totum morbum curent, ſed quòd viam præparent. Nam vis illā, quæ præbetur corpori per odorem, ſtatim excitat ſanguinem, penetrat cor, ac magis quàm ſcribi poſsit, exhilarat, ac refocillat. Quapropter oderiferum quoddam hîc deſcribere volumus, ex quo fundamentum accipere poſsimus ad alios morbos, alia odorifera componendi. ac tale eſt:

Recipe Liliorum alborum,
Anthos,
Baſiliconis,
Cardamomi,
Roſarum, ana M.j.
Spicarum M.ij.

Contundātur craſſo modo in paſtam, cui addantur ſucci arantiorum duæ quartæ, quæ omnia ſimul in pellicano poſita digerantur per menſem: dein ſepara cum manibus & preſſorio, quod melius eſt à fæcibus. iterum in pellicanum ponito, addanturque

SCD Lyon 1

Macis,
Chariophyllorum,
Cinnamomi ana ℥.j.
Ambræ ℥.s.
Muſci ʒ.ij.
Zibetæ ℥.s.

Terenda conterantur, ac in pellicanum poſita, ꝑ menſem cum aliis digerantur in fimo, dein adde:

Gummi Arabici diſſoluti & ꝑ putrefactionem, poſtea diſtillati per roridum ℥.s.
Dragacanthi diſſoluti ℥.j.

ac ita clauſo vitro cum claro albuminis ouorum indureſcant. Mox ac videris in formam vitri redactum, confracto vitro exime lapidē. & hoc eſt illud ſpecificum odoriferū, de quo iam ſatis ſcripſimus. quamuis non foret inconueniens addere aurum potabile.

De Specifico Anodino.

De ſpecifico anodino etiam ſcribere decreuimus, quum multæ ſint cauſæ, quæ nos eò impellunt. nam aliquando ſe nobis obtulerunt morbi, in quibus ab arcanis deſtituti, ſolo ſpecifico anodino ad curæ perfectionē peruenimus. nec iſtud admiramur, quum videamus aquam ignem extinguere: ad eundem etiam modum anodinum ſpecificum morbos extinguit, & hoc multis de cauſis, quas hîc non adducimus. Nam quod quiescit non peccat, & quod dormit, nō peioratur ſecundùm naturam. quum paroxyſmus dormit, nō ſentitur: ſin autem vigilat, operatio eius completur. Conſolemur itaque nos, quòd multæ anxietates, anguſtiæ, & melancholiæ obdormiantur,

SCD Lyon 1

tur, ac dormitione tollantur. Notandum etiam hoc loco hominem non debere dormire, sed morbum ipsum. Quare specificum, quod solùm morbo resistat componimus, & nõ pleno homini, quod à multis intelligitur, ac ad vsum accommodatur. Nobis enim persuademus somnifera in pleno homine esse mortalia, at in pleno morbo esse salutaria. Quare ad morbũ transimus, ac illi addimus, vti in corpore nullam operationem habeat, aut habere posit. ac ita sese habet:

Recipe Opij Thebaici ʒ.j.
Succi arantiorum,
Limonum ℥.vj.
Cinnamomij,
Cariophyllorum ana ℥.s.

Misceantur, ac contundantur optimè omnia simul, ac ponuntur in vitrũ cũ suo coopertorio cæco, sinas digeri in sole aut fimo per mensem, deinde eximatur, ac exprimatur, ac iterũ reponatur, & cum sequentibus digeratur.

Recipe Musci ℈.s.
Ambræ ℈.iiij.
Croci ʒ.s.
Succi corallorum,
Magisterij perlarum ana ℈.j.s.

Misceantur, ac post digestionem eorum vno mense factam,

Recipe quintæ essentiæ auri ℈.j.s.

qua permixta cum cæteris erit specificum Anodinum. Hoc anodino tolluntur omnes dolores tam interni quàm externi, aliis membris, qui eo non indigent, intactis permanentibus.

SCD Lyon 1

De Specifico Diaphoretico.

De Specifico Diaphoretico igitur iam loquamur. Dico igitur omnem morbum, qui ex ſua natura & proprietate p ſudores curari debet, huiuſmodi ſpecificis. diaphoreticis perfectiſsimè expelli. nam per diaphoretica frigidi morbi incaleſcũt, & per calorem curãtur ac tolluntur: nam ſæpius contigit, vt Caſſatum annorum viginti per diaphoreticum ſpecificum curatum fuerit, aliiq; plures morbi intercutanei, hoc eſt, qui inter cutem & carnem latent, ac in medullis, in quibus nec quinta eſſentia, nec arcanum nihil opis adferre potuerunt, eo quòd in corde non exiſtat tam potens vigor quo poſsit Caſſatum expelli, niſi per diaphoreticum fiat. Nam ſicut Sol percalefacit congelatum lapidem, ac liquefacit dura penicidia, eodem modo iſtud diaphoreticũ habet ſuam operationem in morbum, qui nullis aliis viribus, quantumuis bonis & nobilibus, curari non poteſt. Et quamuis flammula ſit herba calidiſsima, nihilominus calor eius ad Solis naturæ minimũ punctum non eſt comparandus. Ad eundem modum differunt diaphoretica & calida. quare hoc loco diaphoreticum ſpecificum poninus, quo diaphoreticam virtutem comprehendimus,

In aliquibus exemplaribus non eſt adiectum pondus, in aliquibus eſt vncia vna, nolui mutare, relinquens diſcretioni Medici.

Recipe Zinziberis ℔.
Piperis longi,
Nigri ana ℥.j.s.
Cardamomi ʒ.iij.
Granorum paradiſi ℥.j.

Contun-

SCD Lyon 1

Contundantur omnia ſimul in puluerem, hæc cum ℥.s.camphoræ optimè tritæ, ac aquæ ſoluentis, id eſt, aceti diſtillati ℥.ij. coniice in vitrum. figillato vitro maneat in arena ad conſummationem ſuæ digeſtionis, hoc eſt, quod coaguletur, & non ſit amplius liquidum. Separa aquam ſoluentem ab eis, ac putrefiat per menſem, circuleturq; per cineres per hebdomadam, dein exprimas, & ſerua. Hoc diaphoreticum plus quàm credi poteſt in Caſſatis, & aliis grauiſsimis infirmitatibus operatur potentiſsimè. de his ſatis.

De Specifico purgatiuo.

Aſſumpſimus etiam Specificum purgatiuum declarandum. & quamuis ibi eſſent conſiderandæ complexiones & ſimilia, nihilominus fundamento ſolidiori corroborari volumus, accipientes ea quæ morbum ſunt apta pellere, & non particulariter vnum aut alterum, ſed quæ omne malum in totum auferũt. Vnde colligi poteſt, quòd quicquid ex cholera non eſt, illud recedere: ſimiliter de phlegmatica materia, peccante melancholia, ſanguine intelligendum. Idem de apoſtematibus, & aliis corruptionibus, quæ iuxta complexiones purgari non poſſunt, nec purgationibus reſolui: quorum morborum eſt magnus numerus. Quare conſtituimus ſolummodo extrahere materiam peccantem, ſiue corrupta ſit, ſiue non, apoſtemata, vel complexionata, aut in quacunq; permixtione fuerit, nõ flocci facientes inutilia illa multiloquia Medicorum Achademiſtarum, ſed ad ſanitatem potius ædificantes, ſuper qua nos fundamus. Prout tartarum quod ex ſua natura

SCD Lyon 1

& proprietate omnes putrefactiones tollit, nec se inclinat ad cholerã aut melancholiam, vel phlegma, aut similia, sed omne id quod corpori est inutile & damnosum, aufert. Vitriolum item omnes causas huiusmodi infirmitatum purgat.

Notandum etiam colloquintidam nõ omnem cholerã purgare, nec quicquid ex ea oritur. Nec rhabarbarum hoc facit, nec turbith omne quod ex phlegmate venit, corrigit, arripit, nec euacuat, neque lazuli lapis melancholię impedimenta expellii, neque manna sanguinem contrarium totum expellit. Sed ista duo (necnon plura alia hìc non asignata specifica purgatiua nostra faciunt) principaliter in his omnibus putrefactionibus & superfluis flexibus corporis, vndecunque proueniant, purgant non secùs quàm aqua abluit pannum lineum, & sapo eos clarificat à nocumento & impedimento cuiuscunq; naturæ, sic enim singulariter in singulos morbos arripit. Et ita pharmacum specificũ ponamus quoad nostrum sensum iam dictum ad hunc modum:

Recipe magisterium tartari & magisterium vitrioli: commisceto simul in vnum, postmodum adde æquales partes quintæ essentiæ croci: demum pellicano inclusa per mensem in arena digerantur, deinde serua. hoc est pharmacum de quo dixi. De cæteris ad hæc necessariis apud eruditos, quàm ignaros intelligentia maior existit.

Notandum præterea non solùm homines, verùm etiam arbores & herbæ à suis morbis superfluis ad hunc modum purgari posse. Nam æquè bene crescentibus quàm hominibus infirmitates insunt: ideo etiam sua habẽt peculiaria remedia:

prout

SCD Lyon 1

prout Anthos, ſi patiatur aliquem defectum, & non poſsit rectè vegetare, magiſterium vitrioli eum liberat, & vt egregiè ac mirum in modum creſcat, facit, vti etiam de plantis diximus. De his itaque ſatis.

De Specifico attractiuo.

Vt itaq; attractiuo Specifico loquamur, ſciendum eſt, attractiuum ſpecificum attrahere omne quod ſuperfluum eſt in corpore, & quod corpori adhæret, & quod corpus in ſe continet. Hæc, inquam, omnia extrahit. Quemadmodum etiam pluribus in locis teſtati ſumus, quod per attractiua ſpecifica omne impurum, quod in corpore exiſtit, extrahatur mirabili quodam modo. Similiter etiam quædam ſpecifica attractiua, quæ appropriata fuerũt ad carnem, attraxiſſe ad ſe carnium libras centum, non ſecùs ac magnes ferrum. Tale quid accidit nobis, vt huiuſmodi attractiuum traxerit ex corpore pulmonẽ in os, & ita hominem ſuffocauerit. Contigit etiam ſphæram oculi ſpecifico attractiuo extractam fuiſſe vſq; ad naſum, ita quòd acutè nullo modo potuerit remoueri. Nec ſolùm ſunt attractiua ad ferrũ, verùm etiam ad lignum, ad herbas, ad carnes, ad aquas. Vidimus enim emplaſtrum quod labrum repletum aqua ad ſe traxerit, ac nõ aliter profluxerit, quàm aqua à tecto domus. Plumbum item, cuprũ, ſtannum, argentum, aurum poſſunt attractiua fieri per compoſitionem attractiuorum. Fieri etiam poteſt, vt per attractiuum rami ab arboribus auellantur, aut vacca in altum leuetur, & plura alia, quæ nos in Secretis noſtris, nobis in theſaurum,

SCD Lyon 1

demonstrauimus. Hoc solummodo miramur, ac illum veneramur, qui alia tam admirando creauit artificio, vt res tam variæ reperiantur, in se demonstrantes incredibiles operationes naturam longè superantes, prout & re ipsa est.

Quare volumus hîc aliquas virtutes attractiuas ponere, quibus omne corruptibile à corpore extrahatur, & à bono separetur. Notandum itaque hoc specificum attractiuum super emunctoria poni debere, in eo loco vbi defectus apparuerit: aut super vlcus quod pro emunctorio habetur. Item si glandulæ & tubercula se ostenderent, in eis procedendum, vt in emunctorio. Experientia etiam nobis compertum est, huiusmodi attractiuum pestem extraxisse (quod nobis ad memoriale quoddam scripsimus) ægrumq;, quantumuis affectum, nihil detrimenti passum. Receptum nostri specifici attractiui est hoc:

Recipe quintam essentiam gummorum in genere omni, ana quartam vnam.
Magisterij magnetis quartam j.
Elementi carabe ignis ℔.j.
Elementi ignei de mastice,
de Myrrha ana quartam j.s.
Elementi de scammonea ʒ.x.

Misceantur omnia simul, ac confice ex his vnà cum gummi, cera, tragacantho, & terebinthina cerotum. hoc vtere vt suprà dictum est.

De Specifico stiptico.

Nunc de Specifico stiptico dicendum, quod multò plures habet virtutes in se quàm in aliis communibus esse suspicamur. Nam dum occurrunt

SCD Lyon 1

runt nobis admiranda illa opera, naturæ & qualitates, tali ac tanto perfundimur gaudio, vt ab eorum descriptione, ac propagatione abstinere nõ possimus. Id nobis ad perpetuum memoriale hîc ponimus. quamuis fortasse aliqua ab antiquis Medicis & Philosophis de rerum natura scripta sint, quod nos latet, eorum scripta nos non commouent, sed Natura, quæ nobis ad manus porrigit ea, pro quibus ipsi cæci existimati sunt, vt plurimis in locis meminimus, nec mirari satis eorum labores possumus. Non admiramur stiptica tam vehementia & penetrabilia esse, quæ in suis quintis essentiis, arcanis & magisteriis tantas habent vires, quôd absque igne duo frusta ferri conglutinent, & quod maius est, cuprum cupro per ea ita adhæret, quod nec igne nec aqua amplius possint disiungi. Aceruus lapidum etiam per huiusmodi stipticum attractiuum in molem ingentem rupis instar conglutinari potest. Similiter per stiptica arena & calx in perpetuam compactionem possunt adduci durissimum supra marmor.

Quum itaque hæc ad hunc modum in durioribus operentur, videamus quid aliis præstare possint. Vidimus enim p stiptica folia simul fuisse coniuncta, quæ pro naturali concretione fuerunt existimata, vt folium lilij & rosæ in vna compactione. Item fabrum ferrum absque igne conglutinasse, ita compactè, ac si vera consolidatione factum fuisset. Vidimus etiam ista stiptica sola lotura labia oris contraxisse, ita vt postmodum opus fuerit instrumẽtis ad eius apertionem, quod non fuit absque sanguine. Item aluum ioco fuisse occlusam, vt propter necessitatem exonerationis

SCD Lyon 1

opus fuerit ad conducti apertionem terebro. In vulneribus & ruptura vesicæ talem etiam vidimus compactionem, vt postmodum meis & patientis temporibus nulla fuerit amplius apertura reperta. Quodcunque stipticum hoc materiale contigerit, ita os & carnem contrahit, vt absque lima aut putrefactione minimè possint separari: nam nulla aqua hoc permollire potest. Vires stipticorum specificorum sunt plurimæ, quas hîc non apponimus, & quantum ad medicinam attinet, stipticum specificum hîc ponemus:

Recipe quintam essentiam boli,
Quintam essentiam ferri,
Quintam essentiam carabe ana ℔.j.

Digerantur cum aqua vitæ simul per mensem in cineribus, postmodum impone acatiarum exsiccatarum ℔.s. hoc corpus curato.

Hæc & similia stiptica in suis corporibus non sunt perscrutabilia, at in separatis suprà quàm dici potest attrahunt, & hoc propter naturam & conditionem suæ maximæ siccitatis. Quare & stipticum specificatum dicitur, quasi stipticum super omne aliud.

De corrosiuo Specifice.

Ad eundem modum de Specifico corrosiuo tractare volumus, cui mirandæ vires insunt atq; natura. mirabiliter enim, ac aliter etiam quàm vetera corrosiua hoc specificum corrosiuum graduandum est, nam corrosiua, vt ignis, quoduis consumunt, vt hoc corrosiuum specificum quod metalla in nihilum absumit, vt in eis nullum corpus amplius inueniatur ad instar ligni, quod in igne

igne in nihilum redigitur. Et quamuis etiam per aquas fortes huiusmodi consumptiones fiant, nihilominus remanent metalla in suo pondere, & in incorrupta essentia, quum iterum reduci possint in primum corpus & materiam. non idem de specifico corrosiuo. nam ibi nulla amplius inuenitur materia, quæ ad pondus & metallicam naturam vel conditionem reduci posit, non magis quàm cineres in lignum.

Notandum præterea corrosiuum specificum eodem modo in carnem operari, sic vt nullum sibi posit comparari. nam eius velocitas penetrat in ictu oculi manũ, instar subulæ. Hæc ad medicinam scribimus, quod putredinis, excrescentiæ, vlcera cauernosa, fistulæ, cancri & scrophulę, quę in corporibus oriuntur, possunt per hoc corrosiuum curari. nam inest ei stiptica virtus, summis cum viribus, à quibus peculiarem curandi proprietatem habet: quanquam potius ignis vocari mereatur, quàm medicamentum. nam consumit & confringit ferreas catenas & seras magis quàm credibile est, aut scribi posit. Processum eius q̃ breuissimè describemus:

Recipe Aquæ fortis à capite mortuo rectificatæ ℔.j.
Mercurij sublimati quartam s.
Salis Armoniaci ℥.ij.

Hæc omnia simul mixta consumi sinito, postmodum permisce ei aquam Mercurialem in æquali pondere, ac serua. Huic corrosiuo vel adamas resistere non potest, quamquam id etiam de quinta essentia & arcanis intelligi posit. nam per huiusmodi cauterium potest cuipiam cutis abstrahi, &

SCD Lyon 1

ſuperinduci noua, vt in lepra, morphea, ſerpigine, lentigine & panno. Hoc ipſum per ſpecificum corroſiuum præſtatur. ſed propter eius vehementiam omittimus, ac mixturam quandam præparare docemus, qua cutis ablui debet, vt ſtatim decidat: qua abluta curari conuenit vt eſt moris. Mixtura eſt hæc:

Recipe ſucci Flammulæ ℔.j.
Cantharidum quarta s.
Ignis gehennæ prædicti ʒ.ij.

Miſceantur, ac operare vt ſuprà dictum eſt.

De Specifico matricis.

Dicendum etiam de Specifico ad matricem, & hoc variis modis, iuxta eius defectus & debilitatem. Nolumus tamen de elementis eam calefacientibus, aut refrigerãtibus hîc loqui, quum iſta per arcana & magiſteria facienda ſint. Ponimus nihilominus duo ſpecifica, vnũ ad ſuffocationem matricis, aliud ad menſtrua prouocanda, aut reſtringenda.

Sciendum ſuffocationem non poſſe niſi p hoc ſpecificum reuocari, quamuis ad hoc non ſit elementatum, nec propriatum, ſed in communi forma & eſſentia, vt creſcit, in vſum aſſumptũ. Prout eſt ficus cutis, mox atq; fumus eius per vuluam ingreditur, morbus eſt expulſus. mirandum certè hoc vile ſimplex tantam habere virtutẽ. Vide Plin. & Dioſcor. de Lychene. Quod ſi fuerit præparatum, deperit ei eſſentia fumi, in quo eius virtus conſiſtit.

Ad prouocationem menſtruorum autem ſpecificum eſt ex ſplene bouis caſtrati in magiſterio

aut

SCD Lyon 1

aut quinta essentia reducto. nam ad ea prouocan da tam iuuenibus quã antiquis excellẽtissimum remedium est. Sic etiam ad restrictionem quintę essentię corallorum, oleum ferri, vel ferrum potabile sunt præstantissima remedia. Et quamuis plures istiusmodi proprietates scribi possent, eas ex industria omittimus, quòd in nostris Archido xis nimis longum foret ea recensere.

Notandum etiam omnes supradictas compositiones, vt constrictiua, incarnatiua, & conglutinatiua comprehendi sub specificis stipticis: laxatiua verò, mundificatiua & similia, sub purgatiuis. Sic etiam de aliis intelligendum, vt depilatiua sub purgatiuis & attractiuis. His libellus de specificis conclusum volumus, in memoriam nobis ne obliuiscamur. Confortantia etiam singularibus capitibus describuntur.

FINIS LIBRI VII.

ARCHIDOXORVM PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi, atq; vtriusque Medicinæ Doctoris,

LIBER VIII.

De Elixiribus.

CVM de variis secretissimisq; naturæ mysteriis hactenus satis superque dixerimus,

SCD Lyon 1

de Elixiribus etiam per compendium ſcribere conſtituimus, quòd videamus in eis maximam conſeruationem, quę nos ad ea animum conuertere indeſinenter compellit. Nam elixir eſt interna quædam præſeruatio corporis in ſua eſſentia, quod arripuerit. vt balſamum, quod eſt omnium corporum à putrefactione & corruptione externum præſeruatiuum. nam palàm videmus in balſamo & per balſamum conſeruationē corporum exiſtere, ita vt multis centenis & millenis annis incorrupta ac immutata maneant. Quum itaque experiamur tale donum in balſamo, quòd mortua corpora in incorruptibilitate conſeruat. Pariter intelligendum in hoc dono & myſterio ſanum ac viuum corpus melius, vtilius, ac commodius præſeruari poſſe. Hoc ſecundùm naturam fieri non dicimus: nec in eo ſumus, quòd id velimus naturaliter parare & componere. Volumus enim fundamentum noſtrum in experientia conſiſtere, vt myſteria naturæ & ſuper naturam nobis cognita ſint, vt poſcimus corpus intrinſecùs & extrinſecùs ab omni contrarietate conſeruare, in quibus nobis multa occurrent.

Sciendum præterea, elixir non habere tales operationes à natura, nec à complexionibus, quū ſit myſterium, quod aliquid plus eſt, quam ſpecificum (ô admiranda Conditoris bonitas) hæc nobis patefacta ſunt. Sunt tamen ita ipſi naturæ radicata, vt in ea ſint, prout in balſamo videtur.

Si igitur poſsibile ſit mortua corpora conſeruare, tantò magis viua. Nec eſt quòd curemus aduerſariorum argumenta ac ſalſiloquia, ſed potius conemur vt noſtra ſua in integritate permaneant,

SCD Lyon 1

neant, ac plenam ſolutionem conſequantur. Ad verum itaque fundamentum intrinſeci balſami nos dirigamus, flocci facientes inutilia verba, ac non vera eorum, qui terminum mortis, & prædeſtinationem mortis in bilance ponderant, ac certis determinatis punctis concludunt, quaſi conſilio Fabricatoris interfuerint: cuius nulla ad nos peruenire poteſt notitia, vt de prædeſtinatione ponimus. Deus enim omnium Pater & Deus nobis conceſsit vitam, medicinam inſuper, qua eam ſuſtentare, ac vt ſanam quoad vixerimus ſeruare poſsimus.

Si terminus mortis ad præfixa puncta poſitus eſſet, alterum falſum eſſe oporteret, quod non eſt. Poteſtatem enim habemus quàm diu poſſumus, ac ſcire poſſumus vitam noſtram ſuſtentare. Adam non ad tantam ætatem peruenit ex natura propria ſuæ proprietatis, ſed eo quòd fuerit expertus medicus, cuique cognita fuerunt ea quæ eum ad eam ætatem conſeruarunt. Pariter & plurimi alij, qui ſimilibus remediis vſi fuerunt: quæ ſcientia per diluuium ad nos non peruenit, vt æquè hoc tempore ac preteritis mors nobis dominetur. Inde eſt quòd multi imperiti & ignari rerum affirmant veterem illam patrûm ſenectam diluuio nobis ademptum eſſe, quòd terræ virtus ſit diminuta, æſculentaq; priſtinum perdiderint vigorem. quod non eſt. Id quod facilè animaduertet is, qui earum rerũ habuerit cognitionem & experientiam.

Plurimi etiam Adæ temporibus obierunt, qui ad ipſius ætatem non peruenerunt, nulli etiam noſtram, quam poſt diluuium habemus ætatem,

SCD Lyon 1

attigerunt, q̃ non ſecùs ac nos mortui ſunt, cùm earum artium fuerint prorſus ignari, quas Adam & multi alij habuerunt. Quò factum eſt, vt ante tempus vita priuati ſint, nec profuit illis cibus, nec potus.

Quum igitur in his rebus poſsimus inuenire naturalia, (nam longa vita procedit ex natura) inueſtigare volumus, quid natura & donum Dei ſint. Sunt enim aliqua quæ corpus à corruptione per annum tantùm conſeruant, vt oleum laterinum correctum: alia decem, vt oleum philoſophorum correctum: nonnulla viginti, vt aqua mellis: quædam etiam quinquaginta, vt præſeruatiuum diſtillatum. Aliqua in perpetuum, & ſine fine, vt balſamus. Nonnulla ſolummodò octo diebus, vt ſal: aliqua diutius, vt vinum ardens. Sunt & alia quæ corpus præſeruant à corruptione in recenti eſſentia, ac forti natura, iuxta quòd homo ſua complexione eis conformatur, vt aloe, crocus & myrrha. Aliqua etiam quę corpus à putrefactione & ſimilibus tuentur, ob maximam ſuam tincturam, quæ ita eſt potens, vt nihil mali creſcere ſinat, aut intrudi, vt aurum, ſaphyrus, perlę, arcana, necnon magiſteria, prout omnia de his ſcripſimus.

Volumus igitur præſeruatiuum præſcribere contra omnes tam corporis viui quàm mortui corruptiones & putrefactiones. Præſeruatiuum itaque corporis viui debet per os ſumi, vt totum corpus penetret, ſic vt nullum membrũ ſit in toto corpore, quod nõ huiuſmodi præſeruatiuum ſentiat, ac eius donum ad ſe trahat, & per ipſum formetur.

Notan-

SCD Lyon 1

Notandum insuper, spiritus stercoris in intestinis ita potêter esse fixos, vt cum præseruatiuo pugnent: ea de causa quòd putridum balsamari non possit, nec præseruari, quum nullam habeat quintam essentiam in se, vt caro recens mortua quæ balsamatur. At putridum id stercus pugnat in corpore cum præseruatiuo, vt vermes cum optimis herbis: nam putridum non conuenit cum non putrido. Putridum corrumpi nõ potest, nec alterari, quia nullius est valoris. Hoc præseruatiuum putrefieri non potest, nam est instar auri, quod æruginem non admittit: separantur enim omnia à se mutuo sic, vt vnumquodque suam habeat proprietatem. Hæc ideò hic narramus, quòd stercora successu temporis possint præseruatiua superare. quod non fit in mortuis corporibus, quoniam sunt euiscerata: & si non essent euisceta, nihilominus sunt coagulata à morte, vt sanguis qui ex venis emittitur coalescit.

Præseruatiuum hoc vocamus elixir, tanquam fermentum quo panis fermentatur, quod corpus penetrat, & digerit. Virtus eius est, quod corpus conseruet in eo statu, in quo ipsum inuenit, in eademque ætate, essentia & viribus. Nam hæc est præseruatiuorum natura, vt conseruent à putredine nihil emendando, sed solùm præseruando. Quòd autem tollunt morbos, hoc fit per subtilitatem, quá habent per donum quod in ipsis est. Nec solùm præseruant, sed etiam conseruant. Duplex enim labor est, præuenire dáno, & essentiam in suo esse conseruare. Nec solùm sunt in corporibus humanis, sed etiã in omnibus corporibus sensibilibus, & insensibilibus. nam æquè bene

SCD Lyon 1

mortuum lignum à putredine poteſt conſeruari, ac corpus quod eſt balſamatũ. Similiter & herbæ poſſunt in ſua eſſentia conſeruari, non ſecùs ac corpus viuum aliquod. Nam conſeruatio quæ fit ad herbas, conſeruat eas in ea eſſentia, in qua illas arripuit, ita vt vireant & recentes maneant tam in agris, quàm in hortis in quintam aut ſextam ætatem vſque. Si eas arripiat cum floribus, cum floribus conſeruat, ſi cum fructibus, cũ fructibus itidem conſeruat. Nec eſt quòd mireris, quum poſsibile ſit, & experientia comprobatum, lignum mortuum iterum vireſcere, & ferrum ita figi, vt nunquam concipiat æruginem. Sulphur item reddi poteſt incombuſtibile, quod ſimplicium intellectui cõtrariatur. Hac de cauſa maius fundamentum, de Conſeruationibus, ponimus. Nec hæc impoſsibilia iudicãda, ſed etiam ea quæ impoſsibilia ſunt poſsibilia fieri poſſe pro certo eſt habendum. De conſeruationibus & balſamis iuxta diſtinctionem veterum ætatum loqui volumus, prout ſequitur & demonſtratur.

De præſeruatione & conſeruatione per Elixiria.

De primo itaq; Elixire ſcribere volumus, quod corpus in ea eſſentia conſeruat, in qua ipſum inuenit, quod nec ſinit ipſum putreſcere, nec infirmari: conſeruat etiam in eo ſpiritum vitæ, quòd nullum accidẽs ei ſuperueniat. Notandum præterea hoc elixir in ſecundam, tertiam & vlteriorem perducere ætatem. In viuis corporibus aliter operatur, quàm in mortuis. hæc dies & noctes in balſamo coguntur manere. ſana verò ac

viua

SCD Lyon 1

viua non item. Vlterius ſciendum, elixir hoc adhi
beri ſolùm ad vitam, hoc eſt, ad cor, & ad ea loca
vbi vita ineſt, hoc eſt, ad ſpiritum vitæ per totum
corpus diſperſum. Cuſtodit ſpiritum vitæ in hac
virtute, qua corpus vel cadauer mortuũ à putre
factione cuſtodit. quia ſi vulnus, aut vlcus intrin
ſecùs poteſt à putredine & morbo cuſtodiri, ita
etiam intrinſecum corpus ab omni aduerſitate
cuſtodiri diſpoſitum eſt. Quapropter præſcribi-
mus elixir, quod in ſpiritu vitæ non aliàs opera-
tur quàm fermentum in paſta, ac creſcit in corpo
re, vt arbor quæ in radice tincta eſt, ſic vt color
nunquam ab ea recedat. Ad hũc modum totum
corpus cuſtoditur: nam in omnibus membris
magis aut minus elixir augetur ac penetrat, in
modum tincturæ quod totum metallum aurum
reddit, aut ab ærugine cuſtodit. ſic etiam non eſt
membrum aliquod in corpore, quod non ſit re-
pletum elixire.

Quum itaque elixir per totum corpus diſper-
ſum ſit, & corpus ſuam virtutem ab illo accepe-
rit, ac per elixir operetur, nihil poteſt in corpore
per oppoſitum putreſcere, quòd cuiuſque mem-
bri vita elixire repleta ſit: ita etiam eſt de corpore
tincto balſamo. Notandum eſt non opus eſſe qd
totum corpus ſit balſamatum per aſſumptionem
elixiris: nam vbi ſolùm ſpiritus vitæ in ſua radi-
ce cũ ſpiritu circumſeptus fuerit, ſufficit ad cor-
poris conſeruationem.

Elixiria V.

Volumus itaq; ad praxim nos conferre, ac pri-
mo loco ponere elixir quod viribus balſamicæ

SCD Lyon 1

naturæ & conditionis tuetur corpus totum à putredinibus.

Deinde aliud, quod viribus ſalis corpus præſeruat.

Tertio elixir, quod viribus dulcedinis corpora in conſeruatione ſuſtentat.

Quarto ponemus elixir, quod viribus quintæ eſſentiæ corpus humanum defendit.

Quinto elixir, quod viribus maximę ſubtilitatis reſiſtit omnibus putredinibus, nec ſinit corpus infirmari.

Vltimo elixir, quod viribus propriæ naturæ dotatum eſt.

De primo Elixire, Balſami ſcilicet, quod Terebinthinæ eſt.

Recipe veri & optimi balſami, nobis optimè cogniti ℔.j. hoc coniice in vitrum cum cæco alembico cum duabus vnciis quintæ eſſentiæ auri, & media vncia circulati maioris. digerantur primò in fimo, dein in cineribus per menſem igne lento, ita vt totos dies & totas noctes aſcendat & deſcendat. poſtmodum adauge ignem, vt guttæ adhęreant, deſcendantque guttatim etiam duobus menſibus. Deinde ponantur in ventre equino per quatuor menſes, vt abſque intermiſſione ſuam digeſtionem habeant: ac completum erit elixir.

Sciendum eſt hoc balſamum aut elixir fieri fermentum, quod in radice vita coquitur, ac immiſcetur, abſolutamque poteſtatem habet regendi vitam in bona eſſentia, & propria potentia, ſic vt natura illi non poſsit reſiſtere. Prout arſenicum naturam

SCD Lyon 1

naturam in malum vincit, ita elixir in bonum ipsam superat, ac defendit corpus mortuum odore solùm, quod nõ posit putrescere in sepulchro, modò cooperiatur, ne posit euaporare.

De salis Elixire, cuius viribus conseruatur corpus.

Non minor vis & virtus in sale existit, vt nos de elixiris balsamo posuimus. hac de causa quòd caro à putredine multis annis & temporibus sale conseruetur, idque multis modis, vna diutius altera. Eodem fundamento corpus sustentari ac conseruari poterit, non quòd velimus sale vti eo modo quo in mortuis carnibus. Sed inde elixir salis conficere quo corpus conseruatur. Hilariter enim scribere possumus, & probata experientia nobis adesse, Elixirem salis spiritum vitæ ita materialiter penetrare, vt in sale viuat, vt caro salsa: eò quòd elixir salis sit ita subtile in se ipso, vt spiritui vitæ comparari posit, possuntque hæc duo simul coniungi vna coniunctione: ac vnum temperat aliud ad perfectionem, non secùs ac sal cibum aliquem perficit, qui absque sale ad veram perfectionem peruenire non potest.

Notandum etiam, elixir salis esse fermentum quoddam, cui tinctura quædam inest, per quam totum corpus penetratur. Est etiam inconsumptibile quid, quod nõ consumitur cum corpore, nec cum nutrimento, nec etiam per digestionem absumitur, verùm est fixum, quemadmodum vitrum, in igne minimè suam amittit naturam. Hoc elixir fixũ fixat corpus quòd æquè bene habeat vitam firmam ac solidam, quàm metallum quod

SCD Lyon 1

figitur,cui nec humiditas, nec corrosio,nec denique ærugo detrimentum adferre possunt. Ex his intelligendum,elixir esse corpus fixum,sicut aurum, in quo nullum impurum, quod ei nocere possit ingreditur. Practicam eius igitur aggrediamur,eamque nobis instar simulachri ante oculos ponamus. cuius methodus est hæc.

Recipe sal optimum optimè præparatum, albissimum & purissimum,hoc mitte in pellicanũ, cui addes sexies tantùm aquæ soluentis. digeratur in fimo equino per mensem.separetur postea aqua soluẽs per distillationem,& rursus affundatur,ac separetur vt prius. hoc toties facito,quoad vsque sal in oleum conuersum fuerit. Huic oleo adiungatur quintæ essentiæ auri octaua pars: in pellicano per ventrem equinum digeratur ad mensem,addaturque ei altera pars vini circulati: maneat in ascensione adhuc per mensem, ac serua. Sic habes elixir salis, de quo canonem peculiarem ad subleuandã nostrã senectam fecimus.

De tertio Elixire,nempe Dulcedinis.

Sciendum etiam per dulcedines conseruari corpora ab omni corruptione & putredine. Quibus viribus id fiat, ponimus de Generatione Mellis,Sacchari,Mannæ,Troni & similium, quæ hîc recensere volumus ob Veterum scripta. Possumus enim dulcedines in elixir transmutare, cuius preseruatiuum conseruat viuidum corpus magis quàm languidum in conseruata essentia. Proprietas enim omnium dulcedinum specificarum est quod non putrescunt, nec putrescere sinant,nisi corrumpantur contrariis,quæ putrefactioni

ctioni subiecta sunt, vt melle, pane, saccaro & coagulato, ex quibus vermes nascuntur: aut manna & aqua, ex quibus fit putridus fimus. Sunt & plures huiusmodi compositiones, per quas dulcedines in putredinem ducuntur. Vt huic obueniatur, nostra foret intentio, quę experientia comprobata est, quod illi auferatur compositio, sic vt solùm dulcedo in propria essentia maneat absq; corruptione aliarum rerum. Hac via balsami virtutem habet, per quam conseruat mortua corpora carnosa: nam huiusmodi dulcedo est balsamus terræ, vel balsamus roris, eò quòd ex eo originem ducat. Volumus itaque describere elixir ex Trono, eo quòd ei nulla dulcedo possit comparari: plura etiam in ipso sunt mysteria, quâ scribi possit, prout de Trono in Generationibus ponimus. Ex huius præparatione facilè colligi possunt aliarum dulcedinum præparationes. & est hæc:

Recipe Troni quantum vis, pellicano impositum in Sole digeratur per duos menses (melius per æstatē) cui quintæ essentiæ auri quarta pars addatur, circulētur simul duobus mensibus, hoc serua. Quamuis hæc via succincta sit, mirabilis nihilominus in conseruatione decrepitorum vel senum.

De quarto Elixire, quod est quintarum essentiarum.

Quintę essentiæ etiam in elixir reduci possunt, quòd instar balsami corpora tam viua quàm mortua conseruat. eius hoc loco mentionem admodum paruam faciemus, quòd eius processus in capite de Quinta essentia descriptus sit. Quare vite-

SCD Lyon 1

rius progredientes ponemus ea quæ antea de præseruationibus & conseruationibus meminimus. Postmodum ex istorũ elixiriorum processibus vnum elixir componere docebimus, quod æquè ac tria præcedentia corporibus proficuum erit. Sciendum etiam est, elixir quintæ essentiæ in se habere occultam virtutem quæ indies ad restaurationem tendit, cupitque renouare, & renascere totum corpus. Quare non solùm conseruatio quædam est, sed etiam renouatio, non tamen in ea perfectione vt suprà de Quinta essentia & Arcanis demonstrauimus, sed viribus minoribus. Ratio est, quòd earum renouatio & conseruatio simul esse non possunt, & hac via renouatio ad conseruationem disponitur. Hæ sunt itaq; illæ quintæ essentiæ, ex quibus elixir componere docemus. Processus eius est hic:

Recipe Quintæ essentiæ Chelidoniæ,
Quintæ essentiæ Melissæ ana ℥.ij.
Quintæ essentiæ Auri,
Quintæ essentiæ Mercurij ana ℥.s.
Quintæ essentiæ Croci,
Quintæ essentiæ Mirabolanorum omnium ana ℥.j.

Misceantur omnia simul, ac ponãtur in digestione Solis clauso cæco per menses duos, cui postea addes quintæ essentiæ vini, & Magisterij vini ana ℥.iij. digerantur iterum per mensem, ac serua tanquam thesaurum, quum nõ solùm inseruiat præseruationi, verùm etiam restaurationi.

Quintum Elixir dicitur Subtilitatis.

Elixir puritatis, vel subtilitatis, siue permutationis

tionis, similiter hîc ponimus, quòd ex summa sua puritate corpus, & quicquid in eo continetur, viuum vel mortuum in sua puritate conseruet. prout oleum Philosophorum correctum, quod non sinit putrescere id quod cum eo vnctum fuerit. Similiter & oleum laterinum correctum, & alia pleraque, quibus proprietas non inest, quòd à putredine conseruent, sed hanc sibi acquirunt & assumũt ex præparatione & labore, prout vinum quum adustum fuerit, ac correctum non permittit putrefieri, neque etiam digestum: quum minimè immutatum sit per ignem. Aqua mellis similiter sui præparatione omni putredini, quæ corpora sensibilia concernit, resistit, quod in cruda substantia non efficit, sed omnia putrefacit. Elixir itaque substantialitatis, vel subtilitatis volumus ponere ac corpus cum eo figere, non secùs q̃ Mercurius, qui aliàs volatilis est, sua aqua figitur, ac permanẽs fit. sic etiam per elixir corpus fixum ac permanens fit: quanq̃ hoc ipsum per alia plura fieri potest. Adducemus nihilominus ea quæ per experientiam nobis innotuerũt, nec idcircò aliis volumus detractum, tantùm hoc dicimus, ad nostram notitiam & experientiam non peruenisse. Processus eius est talis:

Recipe Olei oliuarum,
Mellis,
Vini ardentis ana ℔.j.

Distillẽtur hæc secundùm artem Alchimistarum ter, postmodum separa ab eis phlegma, ac alia olea quæ coloribus distincta sunt, ac cognoscuntur. simul omnia coniice in pellicanum: quibus adde quintæ essentiæ melissæ & chelidoniæ ter-

SCD Lyon 1

tiam partem. dein per mensem digerantur. quod serua, ac eo vtere.

Corpus nullum sensibile illi potest resistere, nec etiam insensibile, & hoc ob causas & proprietates, quas hîc referre minimè est necessarium.

Sextum Elixir quod proprietatis dicitur.

Natura etiam produxit quoddam elixir. nam ex rebus naturalibus in sua propria essentia potest perfectum elixir componi, vt ex myrrha, croco & aloepatico, citrino. Sed quibus viribus id illis eueniat, ponimus de eorũ Generatione. Processum hîc tantũ ponimus, relicta earum origine.

Recipe Myrrhæ,
Aloepatici,
Croci, ana quartam vnam.

Quæ simul in pellicanum & arenam posita, ascendant lenissimè duobus mensibus. Separa deinde per alembicum oleum à fæcibus sine adustione. Oleum hoc digere cũ circulato vno mense pondere æquali, ac serua. In eo sunt omnes virtutes naturalis balsami, ac ei inest virtus conseruatiua, præcipuè in senibus, quod licitum non est assignare, quia non vna ætas ab ea tantùm procedit, sed quatuor, sed septem, sed decem. cuius vim & naturam ponere non licet, assignare bene. Irrisores hæc legere non est consultum, at quoad nostrum ingenium, nobis sat est interpretatum.

FINIS LIBRI VIII.

SCD Lyon 1

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI, PHI-*losophi excellentißimi, atque vtriusque Medicinæ Doctoris,*

LIBER IX.

De Extrinsecis.

CVM in præcedentibus de internis morbis satis superque tractauerimus, externis etiam remedia describere decreuimus. Quamuis enim originem tam internorum quàm externorum hîc non inseramus, nihilominus medicamẽtorum eorum origines ponemus, postmodum similium remediorum ad externos morbos compositiones comparare docebimus. Nonnulla sunt quæ medendis vulneribus solùm conueniunt, quò fit, vt vulnus viginti quatuor horis rectè curari possit. quod ad hunc modum est intelligendum: Vulnus recenter incussum alio non indiget remedio, quàm vt iterum simul connectatur, eo modo quo duo asseres colla connectuntur: nec vllo modo apertum esse sinas, nec replere carne coneris, nam hoc magis rusticum, quàm medicum est. Quum enim vulnus simul fuerit connexum ad instar asserum simul coniunctorum, pro media parte erit sanatum. quod medicamento quodam fieri debet, cuius viribus v-

SCD Lyon 1

traque labia perfecta ſimul iungãtur, inde fit cùm labia ſe contingunt, naturam per medicamenti virtutem id ad perfectam ſanationem perducere, ſic vt nó ſit vulnus, ſi aliquod os confractum non fuerit, ita prauum, quin ſpatio xxiiij. horarum ſanetur. Verùm oſſa non tam facilè connectuntur vt caro, quare de illis minimè loquimur. exemplo id melius intelliges.

Cùm membrũ aliquod in totum amputatum fuerit, ac arteriæ nondum fuerint emortuæ, ſi illis adhuc recentibus ac calentibus hoc medicamento vulnus humectatum fuerit, ac ſimul coniuncta labra, non ſecùs ac bacilli duo colla glutinati, profectò breuiſsimo tempore ſanabitur. Ea eſt enim medicamenti virtus, quòd natura cooperante tam facilè curet quæuis vulnera, vt antea dictum eſt.

Sciendum etiam, medicamẽta ad vulnera non debere eſſe incarnatiua, nec mundificatiua, multò minus attractiua, quòd iſta plurimos extrahũt fluxus, ac in ſaniem multam redigant. Hac via etiam vulnus carne replendũ eſſet, quod tardiſsimè fit, periculoſè, & ſine magiſterio. Idem de vlceribus intelligendum antiquis, quæ longo tempore fluxibus fuerunt obnoxia & onuſta, quò fit, vt non ſine multis accidentibus, vel rarò, aut nunquam curari poſsint. Quapropter medicamentum debet eſſe exſiccatiuum, conſtareque ex his, quæ vi ſimul connectunt & coniungunt cutem, & amplitudinem. In medicamento vlcerum etiam neceſſe eſt eſſe vim generatiuam carnis: nam non poſſunt ſimul connecti, quemadmodum vulnera. Idem de fiſtulis & aliis ſimilibus, quæ vi hu-

iuſmodi

SCD Lyon 1

iusmodi medicamenti curari debent, intelligendum. Quare duo medicamenta ad cutis consolidationem hic ponimus: vnum incarnatiuum, alterum exiccatiuum.

Sciendum præterea, defectus cutis, vt cicatrices, morphea, serpigo, pannus, macula, lepra, atq; alij huiusmodi morbi, ad hũc modum tollendos esse ac curandos. Primò auellenda est cutis, vt vitulo pellis, postmodum noua conuenienti medicamento superinducẽda. hinc fit vt veterẽ cutem vnà cũ suis maculis & immunditiis auferat, ac nouam colore puro & immaculato generet, sequentique medicamẽto curet, vt humoris, aut fluxus quàm minimum attrahatur. Sic maculæ quæuis vnà cum radicibus prorsus auferentur, & euanescent. Earum ablationis originem quamuis ab initio non posuerimus, hoc ideò omissum, quòd multis aliis in locis de eis mentio facta sit, ac nobis momenti parum & damni nihil adferat.

Sunt & alij morbi vt cancer, bubones & similes, quæ peculiare requirũt remedium, ad eorum originis extractionẽ, & mundificationem, quòd specifico attractiuo quàm optimè fieri potest. Postmodum consolidatione, vt quam de fistulis, & aliis similibus posuimus, cura ad finem perduci debet. Ossium & similium rupturæ solùm per specificum attractiuum consolidari debẽt. quod hic non recensemus, cùm alibi dictum sit.

Excrescentiæ similiter multæ superfluæ reperiuntur, vt strumæ, glandulæ, quę primò euacuari debent, ac curari, prout in suis capitulis habetur & continetur. Medicinam itaq; hanc in tres curas diuidemus, vnam vulneribus, aliam vlceri-

SCD Lyon 1

bus,tertiam maculis attribuemus. Cancrum solùm specifico attractiuo, postmodum cũ his,quæ inferius describentur,curabimus.

I. Remedium ad vulnera.

Si tale medicamentum haberi debeat,quod ex sua natura labia vulnerum connectit, & simul iungat, vt duo asseres colla coniunguntur, hoc n maximam siccitatem & stipticitatem fieri necesse est,quæ solùm ad carnem inseruiãt,hoc modo,

Recipe Samech, id est tartarum optimè combustum, & in summam albedinem calcinatum, cui adde circulatũ Minus, distilla in siccissimum caput mortuum,ac effice vt vitrum omnino candeat:deinde affunde recens iterũ, ac fac vt prius, hoc facias tam diu quoad circulatũ Minus prorsus dulce, vt in se ipso est,remaneat,dein resoluatur per se ipsum. Quod resolutum fuerit,idipsum est remedium in vulnus,quod balsamum ad vulnus meritò intitulari debet. *Balsam* enim sermone Germanico, quasi *Baldt zamem*, hoc est, citò coniunctum dicitur, quod Latino vocabulo accommodari non potest. Istius medicamenti virtutes laudibus extollere nolumus:generaliter enim ad omnia vulnera, suprà quàm credi possit, perfectissimè sola ablutione sanat, quo & nos infinita curauimus.

II. Remedium ad vlcus.

Notandum remedia ad vlcera,quibus ea simul comprimuntur & connectuntur,prędita esse debere virtute generatiua. nec imitanda veterum scripta,quę malitiosa sunt & nequam. Quare considerandum

ſiderandum eſt hoc, COMPELLE INTRARE, ad hunc modum:

Recipe huius balſami, quod ad vulnera deſcripſimus libram vnam: libram item vnam balſami ex fulligine vt Samech facti. quibus ſimul permixtis adde olei ferri libram dimidiam. miſceantur omnia ſimul, ac ſuperponatur vlceribus, eaq; vt expedire videbitur indies lauabis, ac emplaſtro conſolidatiuo circumligabis, prout in tractatu Vlcerum docemus, ligationes, vel balneationes in finem vſque curæ proſequens. Animaduertendum etiam, membra propter repreſsionē concurrentium ligamentis eſſe comprimenda.

III. Remedium contra maculas.

Quomodo cutis auelli debeat, poſuimus, cùm de corroſiuo ſpecifico tractaremus, & penus illud cauterium, quod poſtmodum fiendum & applicandum eſt. cùm cutis vnà cum maculis fuerit ablata, cura eius talis eſt:

Recipe dictum balſamum ad vlcus, cui addes terebinthinæ lotæ, lumbricorum & ouorū oleorum partes æquales: his carnem cute nudatam laua, poſt hanc curam nulla alia requiritur. Huius medicinæ proprietas eſt, vt cū noua cute nouum colorem inducat, & duritiem, ſic vt nulla macula poſtmodum contaminari poſsit. Et quáuis ſint plurimæ aquæ, quæ idem præſtant, vt aquæ florum fabarum, ſigilli Mariæ & ſimilium, necnon etiam ſtercoris humani: noſtra nihilominus opinio eſt, ſæpe eas fallere, nec ad perfectam curam peruenire poſſe. Quapropter iis medicamentis vtimur, quæ apud nos infallibilia ſunt, quæque

SCD Lyon 1

nostræ intentioni nõ reluctantur, aut repugnãt. Nec est quòd aliquis miretur, nos in tota Chirurgia tam pauca & tam breuia remedia ponere, ac tractare. hoc eò fit, quòd veterum Chirurgorum scripta tanquam incerta non sequamur, nec imitemur quæ & moderni summa cum diligentia absq; aliquo fundamento in suos vsus & practicam assumpserunt, & conuerterunt. verùm iuxta experientiam, quam experti sumus, quæ in Chirurgia optima est magistra, procedimus, prout hoc loco tribus solùm comprehendimus. Quamuis tamen plures sint morbi, quos hîc non nominamus, vt bullæ, alopecia, &c. sub maculis & cicatricibus comprehendi debent, & iuxta eorum processum curari, multis de causis p nos hîc non adductis, ea nostro vsui reseruantes, ne earũ obliuiscamur, mentionem non facimus. nam cùm viderimus vulnera, quorum multa centena prę manibus habuimus, tam citò & mirabiliter his remediis sanari, quid opus est antiquorum longos processus sequi, nostrorum proximorum obliti? Quid deniq; necesse est mundificatiuis, loturis, suturis, ligaturis, absterſiuis, corrosiuis & similibus, quæ vulneribus maximè sunt inimica, vt meritò deprauatores vulnerum vocari deberẽt? prout nos satis amplè in tractatu de Vulneribus tractamus. Quid etiam opus est quòd in curam vlcerum sumamus peregrina emplastra & cerota, & similia vnguenta? Quid denique prosunt vnctiones, ligationes, & alia, quæ referre nobis tædium mouẽt, cùm ea nos in Dedali labyrinthum deducant, vnde postea exire opus haberemus Thesei filo? Quibus etiam aliquando vsi fuimus, decepti

decepti ſtultis antiquorum ſcriptis, quæ pro idolis ſuperſtitioſè ſatis aliquando coluimus? Siquidem in Chirurgia conſideretur quid ſit fiſtula, quid cancer, quid vlcus, & ſimilia, & vnicuique ſuum peculiare medicamen aſsignetur, nihil aliud facias quàm quod cum ratione inſanias, ac papyri iacturam facias: cùm vnico medicamento lepra exterior, alopecia, ſerpigo, lentigo, macula: item omnes puſtulæ, ſcabies, pruritus, & cicatrices extirpari poſsint, & hac vnica practica tolluntur. Vulnera etiam telis, ac ſclopettorũ glandibus immiſſa ad eundẽ modum curari poſſunt. His Chirurgiam noſtram concluſam volumus. Nec miretur quiſpiam huius libelli breuitatem, cùm veteres ingentia volumina hac de re ædiderint, cùm hæc pauca ad plenã curationẽ ſufficiãt.

FINIS LIBRI IX.

ARCHIDOXORVM PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philoſophi excellentiſsimi, atq; vtriuſque Medicinæ Doctoris,

LIBER X.

De Vita longa.

VM inueniãtur medicinæ, quę corpus humanum in alteram & plures ætates conſeruant à morbis, infirmitatibus, corruptionibus, ſuperfluita-

SCD Lyon 1

tibus,ac diminutionibus tueantur,ac quemcunque morbum tollant, consideranda sunt Medico huius artis fundamenta. Nam multi sunt morbi incurabiles, diuturni, ac etiam accidentia plurima, quæ per longæ vitæ conseruationẽ in totum tolluntur,ac radicitus extirpantur.

Cùm itaq; de præparatione ad vitam longam scribere decreuerimus, duæ differentiæ,quæ nobis occurrunt, sunt considerandæ: vna theoricè loquendo, altera practicè. His duabus viis vitæ longę sustentationem comprehendimus.Nec est quòd quispiam admiretur,vel Medicus etiam,vitam posse prolongari,cùm id duabus de causis fieri possibile sit.

Vna,quòd morti certus terminus præfixus nõ sit,at hoc in potestate nostra,nobis nõ est relictũ. Altera, quòd habeamus medicinã ab eo qui nos creauit, ad conseruandum corpus in sanitate,aut ab eo morbos depellẽdum. Vnde colligi potest, mortem nõ inducere morbũ, aut morbum mortem: & quamuis ambo simul forent, essent comparanda igni & aquæ,quę nullo modo simul conueniunt. Nam naturalis morbus odit mortem, ab illa fugit, nec est aliquod membrum in toto corpore quod eam amet. Diuersum quid ergo mors à morbo est.

Quòd ad nostram intentionem attinet,nostris solummodò loqui volumus, quibus p experientiam proprietates rerum cognitæ sunt:quę etiam per summos ac doctissimos artifices inuẽtæ sunt quotidiano vsu, ac à putatiuis & ignaris Medicis absconditæ. Certò constat fieri posse renouationem & restaurationem corporis, idq; totum immutari

SCD Lyon 1

mutari in melius. Similiter visu comprehendimus omnia metalla posse mundari, ita vt nullam amplius contrahant æruginē. Ligna item ac corpora mortua cadauerum balsamari, sic vt nō amplius putrescant. Cùm itaque natura per huiusmodi artes talia operetur, nō est quòd scripta nostra cum suis exemplis fastidiat, quamuis metalla cum corporibus hominum comparemus. Non quòd opinemur illa duo vnum & idem fore, sed longè diuersa. verùm in ambobus eandem conseruationis & præseruationis esse viam. Experientia enim comprobatū est, mortuum corpus balsamo conseruari, quantò magis viuum conseruari ac præseruari poterit.

Primò itaque sciendum, conseruationes in homine in tres ætates esse diuisas, in iuuentam, mediam & postremam. In quibus differētia est, cùm considerandum veniat quid cuique conueniat. Ex his intelligi etiam debet, quare à iuuentute sit incipiendum, à media ætate, vel à senecta, nullo expectato temporis vel ætatis termino cōstituto.

Sciendum itaque vitam longam in tres partes diuidi, vt suprà diximus. Iuuenilis ætas aliquando corrumpitur in matris vtero, aliquando in cunis, nonnunquam inter crescendum laboribus oppressa, aut propter nimiam crapulam, inordinatumq; cibum & potum, quibus natura ita labefactatur, quòd priuata viribus nō possit ad veram hominis senectam in tale iuuenile corpus perducere. Si quid simile à Medico percipiatur, eius ætas comparanda est senectuti, cùm sit æquè ac ista defectuosa & naturæ viribus diminuta. Cùm itaq; sæpe contingat, infantes in vtero ma-

tris vires ſuas amittere, naſciq; imbecilles, mox ac in lucem prodeunt, potari debent conſeruatione ad matris vbera perlita, prout latiùs in practica dicitur.

Intelligendum tamen, ætatem iſtius non tam longè protrahi poſſe, quàm illorũ quibus in infantia nullus fuit defectus, verũ prolongatio eius dierum & ætatis erit iuxta vires ſuæ iuuenilis ætatis, in qua nonnunquam ita corrumpuntur, quòd ad ſenectam peruenire non valeant. nam propter defectum in iuuentutẽ paſſum, tempus id illis adimitur.

Ætas media conſideratur, cùm corpus definit creſcere, ac in vno & eodem ſtatu hæret. Si ab hoc tempore antẽ canitiem & mortis perculſionem quid alicui inciderit, quo debilitaretur, & diminueretur: inordinato nempe quodam exercitio, aut crapula, vel petulanti quadam corruptione præter naturale damnum, conſeruatio ipſi eſt applicanda. Quandoquidem ſi differatur, ipſam ſenectam attingere minimè poterit, cùm auxilium nimis ſerum futurum ſit.

Similiter de poſtrema ætate intelligendum, quæ incipit cum canitie, ac in mortem vſque durat. Siquidem hæc ætas morbo affecta in initio reperiatur, prout de reliquis duabus dictum eſt, profectò tempeſtiuè cum illis agendum erit. Verùm ſi natura & vires eorum nullam patiantur diminutionem, conſeruatio differetur in tempus opportunum. quod cùm aduenerit, ea vtere. Eſt itaque vitæ diuiſio triplex, vt diximus. Quacunque in ætate conſeruatio inceperit adminiſtrari, noua ætas incipiet. vt ſi in prima ætate adminiſtrata

SCD Lyon 1

ſtrata fuerit, ab eo die quo ſumpſeris ſuam vim & operationem operabitur.

Quanquam cum noſtris ita loquamur, noſtris nihilominus Empiricis obiici poſſet tale quod argumentiolum. Si nos tale remedium habemus ad vitam prolongandam, mortē & morbos profligandum, qui fit, vt tot principes, Imperatores, Reges, & alij plurimi potentes viri ante tempus moriantur, quibus immatura ætas per mortem adimitur, qui etiam plurimis morbis ſunt obnoxij, à quibus libenter liberari cuperent magna auri & argenti ſumma numerata? Huiuſmodi idiotica obiectio non eſt opus noſtris vt declaretur, cùm ſatis ipſis ſint notæ cauſæ, in quibus argumenti ſolutio lateat. Verùm vt illis reſpondeamus, qui ſimilia quærunt, ſciant, noſtris temporibus, nec etiam præteritis nullum Regem, Principem, vel alium potentem virum fuiſſe, nec etiam meminimus nos legiſſe, vel audiuiſſe, qui huiuſmodi remediis vſus fuerit, præter vnicum Hermetem. Et quamuis plurimi extiterint, qui in longam ætatem vitam protraxerint, vt de reſtauratione meminimus, idiotis ſunt omnino incogniti. Hæc, p argumenti ſolutione non referimus, ſed ſolùm vt oſtendamus, Imperatorum & Regum Medicos multò minus quàm ruſticos in agris degētes medicinam intelligere, ac mortem ſuis Principibus citius quàm vellent, aut fata trahunt, accelerare, pluſq; illis nocere, quàm prodeſſe. Cùm itaque huiuſmodi bonorū Medicorum conſilia ſequantur, fieri non poteſt eos in longam ætatem viuere poſſe. Hæc ſolutio ſolummodò concernit eos, qui titulotenus Medici nomen gerunt, ac pro ve-

ris Medicis se veditant. Nec sufficiens est hæc solutio, nisi etiam ob oculos ponamus, ac quasi digito monstremus, horũ potentatum vitam inordinatam, prodigalitatẽ, ac luxuriam, quibus cam sibi abbreuiant, punitionis præmio sæpius quàm morbi. Sunt etiam alij multi Principes, quibus hæc incognita sunt. His itaque tribus rationibus argumento nobis obiecto respondimus.

His quæ proximè à nobis dicta sunt, indicare volumus, non solùm considerandam esse tripartitam illam ætatum diuisionẽ, verùm etiam quid maius & longè fortius, idque duabus viis. Vna, quòd corpora afficiuntur morbis per vitam inordinatam, quò fit, vt in hydropisim, icteritiam, podagram, caducum, pleuresim, & similes morbos diuturnos & acutos incidant. Hæc non est partitio ætatum, sed est morbus quisque, qui peculiariter intelligendus, discutiendus & ponderandus est. Altera via quod ex tempore & accidentibus etiam in vitam inordinatã proueniunt morbi, vt pestilentia, mania, & similes, quæ vitam pariter adimunt. His duabus viis per vitæ longæ processum occurritur & præuenitur. Ad hęc non ignorãdum est, qui morbi ex natura proueniant, quique ex intrinsecis naturaliter: tum etiam qui suam originem præter naturam habent, vt ex incantationibus & superstitionibus, de quibus vltimis plura forent dicenda. nam vbi talis morbus acciderit, pro certo habendum eum ad punitionem illatum esse. & ea de causa incurabilem esse. de quo in præsentiarum non loquimur, admonitosque nostros volumus, vt ab eorum cura abstineant. Quod ex natura prouenit, hoc iuxta natu-

ram

SCD Lyon 1

tam curandum, ac conseruãdum est: quanquam meminerimus annulorum, imaginũ, & similium, quæ vitam à morte præseruant, quæ hoc loco ponere esse superuacaneũ iudicauimus, cùm Astronomiam concernant, ac alia in his via procedendum sit, vt suo loco diximus.

Sciendum itaq; morbos, quibus corpora affecta sunt, non prouenientes ex naturæ debilitate, sed aliunde, tollendos esse, ante conseruationis vsum & administrationem. Item & acutæ & occultæ ægritudines prius cessasse debent. Si tamen sint aliqui morbi, vt podagra, chyragra, caducus, & similes, qui ea ratione tolli non possunt, sciendum eos conseruationibus consumi. Quapropter tres morborum differentias hîc ponimus. vnam de morbis longis, vt febrium, hyposarchæ, icteritiæ, & similium. alteram de morbis egestis, vt pestis, pleuresis, apostematum, &c. tertiam de morbis diuturnis, vt podagræ, caduci, & similiũ. Primos pertransire oportet, alteros curare, tertios in conseruationem cum conseruatis ordinari vt consumantur.

Nec prætereundi sunt morbi, qui proueniunt ex mentibus & æstimatione propria, ex alienis imaginationibus, ex incantatione, & ex superstitione, quî se gerant in conseruatione. Qui procedunt ex mentalibus, mentali modo tolli debent: qui ex æstimatione propria, per obiecta: qui ex imaginationibus, per imaginationem curari debent, per eorum similes imagines: qui ex incantationibus, per incantationes: qui ex superstitionibus, per superstiones contrarias curari, sanarique debent. Cùm eiusmodi ægritudines ex cor-

SCD Lyon 1

pore fuerint expulsæ, septē viæ conseruationum sequuntur: vna ad naturales vires & imbecillitates: altera ad accidentales morbos & similes arcendos in futuris: tertia contra mentales ægritudines: quarta contra incantationes: quinta contra imaginationes: sexta contra æstimationes: septima verò contra superstitiones.

Nullam complexionum hîc fieri mentionem nō est quod admiremini, cùm totius corporis ad longam vitam conseruatio nec in ipsis, nec in eorum proportionibus consistat: at in virtute naturæ, ex qua omnes reliquę proueniunt & oriuntur. Nam conseruatio vitæ longæ, est virtus vnica, quæ refocillat quatuor humores, quorum nulla est habenda ratio, comparari nō potest melius Medicus, qui ex complexionibus viribus naturę medetur, quàm extinguenti flammas ignis, prunis ardentibus relictis. Satius enim est radicem arboris conseruare quàm ramos, cùm ex illa vires habeant. Si casu fortè aliquid arbori accidat, prout radici vitæ ex complexionibus & humoribus euenire posset, hoc ipsum accidens dicitur. Hoc sanitatem non præbet, at illam tollit. Id arcendum esse diximus, cùm de tribus morborum generibus ageremus, cum intentione radici vitam restituendi & vigorandi, necnon & ramis, qui à radice suum sumunt alimentū, prout complexiones, id est qualitates remedia sua demonstrant.

Si vitam breuem in longam protrahere velimus, sciendum est nobis necessariò quid sit vita, vbi sit, & per quæ ipsa diminui & augeri possit. Vita itaq; similis est auditui, visui, tactui, gustui.

Iuxta

SCD Lyon 1

Iuxta naturam impoſsibile nobis eſt ſcire quid efficiat viſum, & quî, prout bene de corporalibus rebus, quæ ex natura perſcrutari poſſunt, vnde corpus habeant. Non ſic de vita, cùm non ex materiali ſemine naſcatur, ſed ex ſpirituali oritur: naturali tamen origine, ad inſtar ſilicis, qui cùm ad calibem concutitur, emittit ignem, cùm in neutro eorum ignis ſit. In calibe nullus eſt ignis, nec etiam in ſilice, nihilominus emittit ignem: nec igneæ ſunt naturæ ex elementis, neque ex complexione, nec etiam aduſtibilia corpora, cùm igni magis reſiſtant, quàm alij lapides & metalla, vt videmus de tranſmutationibus, vbi nullus ignis ex eis elici poteſt. Ad hunc modum vita ſuam habet originem ex re quapiam, cui nulla ineſt, vt ex ſemine, radicibus, ſpermate & ſimilibus, vt ſcintilla quædam ex ſilice viribus Entis, & non Eſſe. Sic etiam ex ente vita hominis procedit & eſt.

Eſt etiam conſiderandum, ac animo & mente voluendum, vtrum vita produci, emendari & fortificari poſsit, cùm ſit incorporea, resque volatilis, igni perquàm ſimilis: cui quantò plus ligni iniicitur, eò melius & vehementius ardet. Similiter & vita, quô plus humoris vitę habet, eò magis ſpiritus vitæ in vita eſt & abundat. Qua autem ratione fiat ignem elici ex re, cui ignis non ineſt, ſcire nobis impoſsibile eſt, quamuis multi opinentur ex duritie. Quæ tamen ſit cauſa quòd durities ex ſe præbeat quod in ſe omnino non eſt, hoc loco non declaratur. Ita etiam de vita dicendum. Cùm itaq; videamus vitam eſſe vt ardentem & viuentem ignem, hoc ipſo nobis materialiter & ocularitер præfiguratur quid vita & ignis

SCD Lyon 1

ſint,& cognoſcimus ignem in lignis viuere, pariter in reſinis & oleaginoſis : ita etiam vita ex humoribus, iuxta quod boni ſunt, aut mali : fortes aut imbecilles. Cùm itaque cernamus vitam ſimilem eſſe ardenti & viuenti igni, hoc ipſo nobis materialiter præfiguratur, & ob oculos ponitur, quid ſit vita & ignis. Cognoſcimus enim ignem in lignis, reſinis, & oleaginoſis viuere : ita etiam hominum vita in vel ex humoribus, ſecundùm quòd boni vel mali ſunt, valentes, vel imbecilli, vt ligno qui ex bono vel malo igne conſtat, quem naturaliter poſſumus corrigere, emendare, eiqúe addere quos *** *Hic non pauca deſunt.*

Nec eſt quòd exiſtimemus nobis præfixũ eſſe certum tempus moriendi, ſic vt nec ante nec poſt illud mori nequeamus. Profectò Chriſtiano homini eſſet indignum ſimile quid cogitare, cùm medicamẽtis à Deo creatis poſsimus in multam ætatem vitam noſtram producere. imò ſumma eſſet idololatria credere id non in poteſtate noſtra eſſe ſitum, prout ſuprà de igne locuti ſumus. At hoc noſtræ ignorantiæ tribuendum eſt, quòd lignum illud quo vitam noſtram accendere, & prolongare poſsimus, non cognoſcamus.

Nec etiam præter naturam eſt, nos vſque ad mundi renouationem poſſe viuere, ſed vltra mentis noſtræ captum, cuius pro maiori parte priuati ſumus, cùm vix iudicare poſsimus quid nobis vtile ſit vel inutile, præſertim cùm hac in re poteſtatem noſtram ignoremus. Adam quẽ omnium mortalium ſapientiſsimum & ingenioſiſsimum exiſtimamus, harum rerum plenariam habuit notitiam,

SCD Lyon 1

titiam, quamuis postea ligno vitæ priuatus fuerit, neque illud possederit. Medicis hæc scribimus, nõ Theologis. Est enim naturaliter lignum vitæ, quamuis etiam lignum animæ sit.

Cùm itaque viam & modum quo ad longam vitam perueniamus describamus & doceamus, sciendum regna, regiones, vrbes, valles, alias aliis ad longam vitam consequẽdam esse salubriores, lætiores, aerosiores & humorosiores. Quare considerandæ nobis veniunt naturæ terrarum, elementorum, ventorũ, necnon astrorum, quorum vnumquodque ex propria natura potens est longiorem vitam contribuere, quàm sit communis hominum vita & ætas. Terra enim producit omne quod corpus nostrum renouare ac sustentare possit: item & quod ipsum occidere & destruere possit. Ex his colligi potest, nõ solùm mala, vt venena & opiata, corpori nostro esse creata, verùm etiam bona, quæ ipsum ab illis tantò magis tueantur, ac defendant, prout aurũ & melissa.

Nec etiam cogitandum, medicamenta solùm medendis morbis esse creata vel inuenta, vt Tyrus contra venenum, (concluderetur enim in sanis corporibus illa nihil operari) sed etiã vt corpora sana conseruent. Quotidiano enim cibo, si immoderatè viuamus, corpus nostrum labefactare, vitamque abbreuiare: at vbi moderatè, illud conseruare, vitamque in multas ætates protrahere possumus. Quocunque vtimur, ab elementis accipimus, siue illud sit vtile, siue nociuũ. Nam quidquid nobis absumit ignis & comburit, hoc ipsum extinguit aqua: & quidquid nobis vterque damni adfert, hoc iterum compensat aer,

SCD Lyon 1

qui vitam nobis non inuidet, qui nec à nobis secedit, vt nos ab illo. Quod ad hunc modum intelligendum est: Si aliquod elementũ nobis contrariatur, alterum nos conseruat, ac per huiusmodi coniunctionem temperantur, vt nobis minimè nocere, sed prodesse possint.

Et quamuis aer sui infectione, quæ ipsi incorporata est, nos interficere possit, ipsum euitare possumus, aliò nos conferẽdo, cũ sit particularis & vniuersalis, vno in loco salubris, in alio pestilentiosus, vt etiam vna terra altera est melior. Idem de aquis, quæ ad eundem modum vitandæ sunt vt aer. Itidem de ligno, cùm ex vno quàm ex alio melior prosiliat ignis. Influentiæ item & astrorum principes ac separationes cognosci debent, cùm potestatem habeant vitam nostrã multimodè corrumpendi, sanitatemque nobis adimendi: ea enim sanitatem adferre, vitamque producere posse. Nam secta nulla, species aut genus nullum est æquè malum, quin bonum etiam existat: licet ea pro nostro torquere superareq; non possimus arbitrio, sic vt nobis Iouem appropriare valeamus, & reiicere Martem, vt aliàs nobis eligere stellas vtiles & commodas, prout in herbis, quas inter eligimus, & abiicimus. Eiusmodi potestatem in superiora non habemus arcendi, vel conducendi: verùm id bene possumus, videlicet ex eorum inclinatiua virtute per medium aliquod efficere vt operentur & postmodum in nos, vti per annulos planetarum, imagines & alia, quę latius & clarius scribentes explicabimus. Vlterius etiam considerandum in prędictis ac similibus, vitam nostram aliquando pendêre, minui

SCD Lyon 1

nui vel produci posse. Volumus amplius dicere, quid boni maliue nobis ex eis euenire valeat, vt possimus Dei virtutes & creationem intelligere cognoscereque, non quòd eas funditùs perscrutari presumamus, aut ab origine satis contari, sed ab eis dispersè decidere.

Considerandum latius de vita longa qua forma vel essentia regna, medicinæ, regiones, & superiora suas in nos operationes adimpleàt, quo valeamus virtutibus quas in se continent, potiri, vitamque producere nostram, ac intelligere quæ sint virtutes eorum, & quî prodesse nobis valeàt, auxiliarique. Virtus eorum nostram longè superat, eò quòd subiecta minus existat virtute sensibili, nos quoq; iuuet vt lignum quod ardere non potest, cùm oleitatis nihil amplius habet. Dictarum virtutes rerum nostras longè superant in summis etiam virtutibus ad hunc modum. Earum essentia proprietasq;, natura & qualitas incorruptibiles & permanentes existunt, sic vt non moriantur prout sensibilia corpora, vel vt homo qui vita priuatur & virtutibus omnibus, corpore facto cadauere. Sed herbæ similiaq; non pereunt in essentia sua: nam istarum substantia rerum & materiali corpore putrescẽte, manet essentia quidem in terra non corrupta, rursum in suum simile transiens vsque in consumptionem terræ remanentis: verùm cùm in vsum assumptæ sunt, earum essentia transit per putrescentia corpora similiter in terram. Virtus autẽ, essentia, necnon proprietates humanæ haud in corpore manent, sed à putredine recedunt.

Ex his colligitur, nos herbarum essentiam &

SCD Lyon 1

ſimilium in corpora noſtra concipere poſſe, quarum virtutibus augẽtur & nutriuntur: nõ quòd iſtarum proprietates recipiant, vt ſi quis ellebori quintæ libram eſſentiæ ſumeret, corpus laxaret eius, vt herba hæc, quod minimè fit: aut ſi comederet aurum, propterea fieret aureum, haud quaquam: duæ namque differentiæ ſunt ibidem, appropriata ſcilicet vna, & altera materialis in corpore, in quo virtutes eius omnes manẽt: hæc eſt eſſentia, nõ proprietas, ſed eſſe quoddam ex quo naſcitur eſſentia multis cum & variis proprietatibus & approprietatibus naturalibus. Talis eſſentia poſtquã in corpore fuerit, permiſcetur humoribus ad ſpiritus vitæ ſuſtẽtationem. Eſt itaq; hæc eſſentia humor in qua vita pura conſiſtit, & hac ratione duo concurrunt humores in vnum, & concordant in permixtione, ſic vt intrinſecum recipiat extrinſecum eſſe. hoc ſibi per incorporationem vnit inſeparabiliter, vt vinum alteri vino commixtum. Notandum inſuper ex eo corporis prodire conſumptionem, quod humores humani ſemper mortales & conſumptibiles exiſtant: quò fit vt eſſentiæ maculentur, & in poſterũ debilitentur. Sunt igitur in hoc vno duo contraria, quorũ vnum corruptibile eſt, vt humor vitæ: reliquum verò fixum, vt eſſentiæ rerum ſunt, humores atq; liquores. Fixum hoc tandiu iuuat, donec abſumatur, non aliter q̃ Talcum, cui nocere nihil poteſt ignis, temporis nihilominus longo ſucceſſu conſumitur. Alia via de vita longa plurimùm conquerimur, ac ad ſummũ ea ratione, quia priuati ſumus intellectu, ſic vt ignoremus quid nobis aſſumendum ſit, vbi debilitas fixam ſubſtan-

tiam

SCD Lyon 1

tiam arripit, ac imbecilles fimus leonis instar, qui nimia pugna fessus est, & amplius nihil potest: aut cùm igni deficienti nõ habemus quod addamus lignum. Quapropter ad perpetuũ est quòd conferamus nos, & hoc describamus in posterũ.

Haud nobis ignotum quasdam esse rationes, in quibus rerum nullus est interitus, in aliis tardus, & ætates longissimę sunt, ideo quòd concordantiæ producẽtes, vel prolongantes humorem vitæ, sint in eiusdem locis abundantissimæ: quanquam percipimus adhuc nonnulla fore mortalia, sed longissimè viuentia, de quibus hoc loco scribere nolumus latiùs. Sciendum etiam immortalia quædam esse, iuxta quę mortale quid sit, nec non immortale cognoscẽdum est. Item qui mundi gradus existãt, magnæq; vires naturales eius, & q̃ egregiè consoletur in eis homo vita longa. Duobus modis id intelligendum: nempe mortale hoc est, quod mundi consumptionẽ expectare nõ potest: & immortale, quod consumptionẽ expectare potest, quãuis ipsa mortalitas sint mundus, nihilominus permansurus ad terminũ existit in sua substantia: quod in ipsis tamen est, ac nascitur, vt mortale necnon immortale diuiditur iuxta naturalia loquendo. Non tamẽ ex æquali mundo hoc prouenit, sed ex regionum partitionibus, vt paradisi, si & externi, in quo posteriore hîc viuimus gratia, spe, necnon exercitio, prout possumus. At in paradiso qui mundus alter existit, nullus est interitus: non ex miraculo quopiam, sed naturaliter, quòd eius natura hoc ipsum possit. Prout aurum nostrum à lepra conseruat, & præseruat, sic paradisus à morte, nõ per miracu-

SCD Lyon 1

la: neq; ſic intelligendum ac ſi mortuum corpus reſurgeret, quod miraculum foret, ſicut de cœlo & mundo ponimus. Hoc ſcitu maximè neceſſarium eſt: nempe quod in paradiſo naſcitur, æquè in ſua ſubſtãtia immortale fore. In externi porrò habemus eſſentia nihil, præter eſſentiam fixam & corruptibile corpus, quæ quidem ambo conſeruantur in paradiſo. De hoc tamen ſcribere multa, noſtræ non eſt experientiæ, magis quàm docet nos eſſentia terræ, quæ centrum præbet. Non eſt etiam de his diſputãdum quæ in eo ſunt, cùm noſtram longè peregrinationem ſuperent, ac omne quod ordinem paradiſi cognoſcere vult in terris. At ſpirituali modo potiùs in ſomnio de hoc loquimur quã vigilantes, ea ratione tantùm, vt hoc loco ſignificaremus, vitam eius eſſe perpetuam, vſque ad conſummationem, vel vltra fortaſsis, nobis id occultum eſt.

Quicquid igitur eſt ex paradiſo, immortalem nobis vitã efficere poteſt, niſi Nilus idipſum abluerit, eaque virtute nos priuaret. Sumus itaque materialibus & regione priuati ſuisque rebus vi quadam: quare non eſt quod vlteriùs de his ſcribamus. De vita longa tamen, quantum in nobis erit, inquirere ſtudebimus, ac docebimus in ſequentibus, illa relinquentes quæ habere nõ poſſumus, ac vniuſcuiuſque rei prædeſtinationem conſiderantes potiùs.

Vt fundatiùs de vita longa ſcribamus, ponderantes omne quod vitam longam in ſanitate conſeruat, eamque tuetur, vtiq; ſciendum quod antea docuimus, duas fore vias quibus vel adimitur ſanitas aut conſeruatur, vtpote Mens & Ens. In his

his duobus totius vitæ nostrę sanitas consistit, & omne quod exercemus. Ex mente regũt ea, quæ sua sunt, & ex ea nascuntur, vt incantatio, imaginatio, æstimationes & influentiæ, quæ quidem in hac operantur. Ex Ente nascuntur complexiones, qualitates, membra essentiæ. Sciendum vlterius, ac intelligendum, incantationem, æstimationem & imaginationem in animo nostro submergi, cùm nostræ cogitationes ita copiosæ fortesque sunt, vt rationem & animum superẽt. Sic etiam ex potentissimis viribus imaginationis, æstimationis & incantationis ratio submergitur, velut odor ex rosa: quò fit, vt syncopen & amentiam in influentias introducat, ac in mente sic regat, vt hanc superet, ac dominetur eius: nõ quod in mente nata sit, prout aliæ tres illæ præcedentes: at in ea tam potenter inclinat, vt illam in bonum aut malum vergere possit, prout Sol, qui vitrum aliquod penetrãs, id iuxta suam naturam tingit, quod illo continetur: non aliàs animus noster transmutatur secundùm naturalem vitã nostram, instar à Sole glaciei liquescentis. Ex Ente verò quæ procedunt, corporales infirmitates nobis adferunt ex complexionibus & qualitatibus: quæ complexiones ab exordio nascuntur ex ente, quod ab humoribus conseruatur, vt de conseruatione corporis.

Haud quaquam necessarium est eiusmodi morbos considerare, neque mentis & entis origines, vel initia, seu essentias: nec etiam quid cholera sit, phlegma, sanguis, aut melancholia, sed in genere tantùm procedere, prout infrà demonstrabitur. Priùs igitur practicam nostram aggrediemur ad

SCD Lyon 1

naturalia, quòd ista mentalibus nihil conferant, nec econtrà: quare iam corporalibus in substantia medium suum assignabimus, ac demonstrabimus tantisper de mentalibus tacentes, quoad curam. Intelligendum igitur, substantiam corpoream in humore vitæ fore conseruandam, in quo vita est, & ex quo cæteræ complexiones reguntur, &c. Non sunt complexiones aut qualitates renouandæ, neq; purgandæ: hepatis vel splenis damna considerãda: nam conseruatio hęc omnia tollit, & extinguit vitia quæq; similia, necnon omne quod in corpore superfluũ est, ac in æqualitatem redigit. Eiusmodi conseruatio sic nõ operatur ex magno suo specifico, sed ex essentia sua plurimùm incorruptibili.

Superiorum igitur obliuisci tantisper volumus, & practicam vnà cum ordine suo demonstrare, cui suum primò regimẽ seruandum est, postea corporis dispositio consideranda: tertiò medicina: iuxta hæc tria cõseruatio fienda. Regimen à quo sumimus exordium quoad regiones, minimè venit in vsum inter alia, cũ ex tribus istis minimæ curæ conseruationis existunt, at solùm ordo conueniẽs, ac dispositio medicinæ. Spem itaq; nostram in ea medicina quæ non solùm in iuuentute conseruat, vti hominem arripit, sed etiam animalia bruta, positã habemus. Eiusmodi magna quidẽ essentia, quæ rebus naturalibus inest, tam excellenti virtute corpus accendit, vt fortitudo nulla, neq; virilitas ei deficere queat: itẽ morbus nullus incidere vel accidere, cùm nihil putrefieri sinat ob iuuentutis conseruationem, ex qua putrefactio nulla, morbusq; nullus oritur. non permittit

mittit etiam excrescere superfluitates: quò fit, vt ex abundãtia morbus aliquis procedere nõ possit: corrumpi similiter nõ sinit, & ita nihil ex corruptione mali potest oriri. Corpus in summa tuetur sic, vt affluentes morbi nequeant in illud per imaginationem, neq; per impressionem intrare: similiter ex tartaro prouenientes adhærere minimè possunt, & si quid adhæserit anteà, prorsum auellit. Recepta quæ proponimus ad vitam longam, non est quòd ex communi sensu cupias intelligere, cùm nos intentionem illis tantùm nostram patefacimus, qui bonam artis atque magnam cognitionem habent.

Iam practices artem & vsum, quantò breuius fieri poterit, explicabimus, etsi communioribus non intelligibiles: his enim solùm scribimus, qui magis quàm communi pollent ingenio.

Eius practica talis est, vt istius conseruationis ʒ. sumatur vna singulis mensibus semel in optimo vino, si natura non vsq; adeò per senectutem debilitata sit: at in declinationẽ vbi venisset, singulis septimanis drachma sumatur vna: pariter si nonaginta vel centum anni pertingantur, singulis ternis diebus tantundem sumendum erit vt suprà. Summè notandum est, si quis viribus destitueretur virilibus, vt pondus iuxta necessitatem augeatur: nam vis naturæ hominis in suo gradu virilis est, in vno magis q̃ in alio potentior ad patiendũ: qd' in conseruationibus consideran dum venit, ea de causa, quã in præcedentibus indicauimus. Aliquoties hominis propria natura tam imbecillis est, vt conseruari nequeat, velut in illis, qui bonum à natiuitate fundamentum non

SCD Lyon 1

habent: neq; radicem: prout ſpongia non poteſt vt lignum ignem admittere: nec illi prout alij bene fundati conſeruationem. Quare licet medicina perfecta ſit, ob defectũ compoſitionis & perfectionis in ſubiecto, quæ requiruntur ad naturam, operatio debilitatur.

De fœmineo ſexu pariter intelligendum, interea dum illis confortatiuũ hoc adhibetur, menſtruum in alteram ætatem non deficere, nec frugalitatem ad concipiendum & pariendum, dum tamen ex ſua natura mulieres ad hoc aptæ ſint. Spiritus enim, qui in ipſis eſt, expellit ab eis quod contrarium exiſtit, & conformat omnia prout oportet.

Similiter de fœtu nondum nato iudicandum eſt, ſi naſcatur in ſimili conſeruatione, maximè ſanam acquirere complexionem contra morbos omnes, & in conſeruationem longam.

Cùm igitur vita longa noſtra conſiſtat in tribus, vt in ſpiritu vitæ, qui nobis omnibus vitam conſeruat: in humoribus vitæ, qui renouant illum: vnde poſtmodum oriuntur aliæ complexiones & qualitates, non ſecùs ac truncus & rami ex vna radice: receptum conſeruationis in eo ſolùm fundamus, & hoc ipſo conamur ſpiritum rationis per naturæ conſeruationem ab accidentibus defendere, quæ poſſent ex complexionibus illis procedere, prout mœſtitia vel nimia lætitia, prouenientes ex eis, quæ ſunt ex humoribus, quos quatuor ponunt, vt complexiones & qualitates, &c. Item ſciendum peculiarem his non adhiberi medicinam: quò fit, vt etiam humores alij vitæ conſeruati ſint, quibus abſque defectu

quopiam

SCD Lyon 1

quopiam exiſtentibus, inde peruerſi nihil oriri poteſt, vti complexiones. Hac ratione corpus bonum ac ſanum redditur, & omne quod eſt in eo: quò fit etiam, vt ſpiritui rationis accidere mali nihil poſsit ex aggrauatione corporis, at in eſſe bono conſeruatur & natura, ſicuti de viſu, auditu, guſtu, &c. ſimpliciter intelligi poteſt, videlicet ad hunc modum in æquali proportione conſeruari. Proceſſum igitur conſeruationis, cuius anteà meminimus, duabus viis conſcribimus: vna de ſimplicibus: altera de arcanis. Quanquam ſimplicia minimè ſeparata fore cupimus ab arcanis, at illa ſimul accipimus, cùm per ſe quidem eiuſmodi ſimplicia virtutes ac vires habeãt admirandas, vt quadraginta nonnulla conſeruent annis, alia centum, quod æquiparamus virtutibus arcanorum quoad conſeruationem: eſſentiam eiuſmodi ſimplicium tantam ætatem exhibentium arcano haud minorem exiſtimamus, vt folia Dauræ, quę non ante centum & viginti annos mori ſinunt eis vtentem, quorum virtutes de natura rerum ponimus, & hoc loco pro maiori parte reticemus ob hominum incredulitatem. Non ſecùs flos ſectæ Croæ centum annos adfert vtentibus eo, minimam ætatem & maiorem. Horum longè plura ſunt non minus exiſtimanda, quæ non ponimus hoc loco. Arcana verò maiores conſeruandi vires habẽt, quàm ſimplicia, quæ diximus, eò quòd magis confortent ac nutriant radicales humores illis nempe ſimplicibus: non aliàs quàm caro & herbæ, quæ nutriunt hominem, at inæqualiter, cùm vnum plus virium habeat altero, ſic vt natura magis gaudeat illo quàm iſto, maioriſque reci-

SCD Lyon 1

piat vtilitate. Receptum igitur conſeruationis ad duas vel tres ætates in viris & mulieribus ponimus ad hunc modum qui ſequitur:

Recipe Foliorum ſectarum ℥.j.
Foliorum Dauræ ℥.j.
Eſſentiarum auri,
Perlarum ana ʒ.ſs.
Croci,
Chelidoniæ,
Meliſſæ ana ʒ.v.

Mixta ſimul omnia ſecundùm artiſtæ morem, & in compoſitum vnum, organis vitreis ad vſum vt ſuprà ſeruabis. Hæc medicina ſufficiens eſt etiam ad curam expulſionis morborum accidẽtalium, qui veniunt in futuris.

Iam de mentalibus eſt quòd loquamur, cuiuis cauſæ peculiarem curam aſsignantes. Morbi ſiquidem ex mente, vel in mentem venientes rationibus diuerſis, inter ſe differentibus accidere poſſunt, & in æqualibus, vt meminimus anteà. Primò de mentalibus agemus, quibus morbos ex aſtris prouenientes concludemus. Et quamuis originem & naturam exactè ſuperiorum cognoſcere nõ poſsimus, cùm nobis inuiſibilia ſint oculis & ſuis manſionibus, & per conſequẽs virtutibus: nihilominus de his tantùm loquimur; quæ videmus per ipſa, necnon ſuas operationes, quas nobis demonſtrant: & iuxta has practicam noſtram ponimus, dicentes: eorum operationes in ſpiritu mentis fieri tantùm (vt meminimus aliàs) ſic vt in eis mens noſtra mergatur, &c.

Cœleſtibus curſum impedire ſuum nolumus, neq; poſſumus: at illis reſiſtendi poteſtatem habemus,

SCD Lyon 1

bemus, non secùs ac murus fortis bombardis atque tormentis, idque duobus modis: non aliter quàm Sol influentiam in lapidem imprimit, qui si iacuerit in aqua lapis ille, non poterit in eum Sol vires adimplere suas, & hac ratione lapis est præseruatus.

Similiter in hominem influentia dupliciter intrare potest: vna per informationē impressa. quæ non potest impediri, tum prout gramen in pratis absq; Sole superiorum vegetare crescereq; minimè potest, cuius causam alio loco ponimus: pariter est vna, quæ nos conseruat & sustentat influentia, tanquam nutrimētum corpus, nō secùs & constellationes. Altera quidem est accidentalis, quæ potest nocere nobis, impediendo priorē, sic vt in nos exercere suas operationes haud valeat, vti de planetis & similibus videmus. contra quos præseruationes & conseruationes opponimus, vt effectus earū in nobis nihil possint. Eiusmodi conseruationes fieri planetarū annulis & imaginibus secundùm influentias constructis. Quod nos de Imaginationibus ponimus, notandum est: sic vt annuli planetarum vires atq; naturam habeāt nos ab accidentibus tuendi, quod ad vitam longam attinet. Verùm non placent variis de causis. Hoc sciendum, influentiam ex mente nempe dirigēdam in aliud: prout si Mars perdere me dispositus foret, inclinatioque foret eius in mente mea, qua possem in mentis ægritudinem incidere: homunculum extruo meum, vt illius operatio huius in imaginem transeat, quo liber euadam. Nam in homunculo facilius est subiectū, in quod planeta cū delectatione suam,

SCD Lyon 1

leuius potentiam absque resistentia complere potest: quare se dirigit in facilius, relicto difficiliore, cùm vna sit materia per apertionem, ad quam inclinatus est, vt meam perdat naturam: ideo sumit exordium à faciliori, sed in eo satiatur ac manet. Quamuis causæ plures huius assignari queant, quas nõ adducimus, cùm ad conseruationem in vitam longam sint inutiles.

Hac via mentis igitur fit conseruatio, videlicet vt superiora torqueantur in minus, eoque resistitur eis, vt animo liberemur à superiorum graui iugo, per quod sæpius mors irrumpit.

Contra incantationes etiam aliquid ponere volumus, ne ꝑ eas vita longa nobis adimi queat. Eiusmodi remediorum aliis multis locis meminimus, non tamẽ quòd conseruationes existant, sed curæ potius incantationum. Idem intelligimus quod suprà de mente ex astris peruersis, ad eundem scilicet modum incantationes arcẽdas, vt influentias prius in homunculos. Similis operatio fit per contrarium, quæ mentes nostras ac membra mentalia, necnõ entalia nostra constringit, cuius fundamentũ est in animo nostro, prout de incantationibus dicimus: in aliud subiectum etiam dirigenda est, & nõ in illud quod habemus de astris, sed ad incantationem suam in hunc modum: Homunculum ex cera iuxta meretricum vsum extruito, quem suo loco reponito: quicquid incantatiuè contra te molitum erit, in hac imagine completur. Nam ex tua mente progreditur, item ex incantatione suaque mente, sic vt mentes concurrant, & ab vtraq; parte nihil in alterutram damni fiat, aut operationis: vt in hac forma declarauimus

SCD Lyon 1

rauimus per imagines incantationibus resistendi præueniendique modum.

Non secùs imaginatio per cõtra directam imaginationem destruitur. Accidere potest, vt per alterius imaginationem occidar: talis imaginatio, quæ compleri debuisset in me, torqueri debet aliò, ne sanitas & longa vita mihi per eam adimantur: quod hoc exemplo sic declaramus: Si quis inimicitia maxima contra me sic foret affectus, vt summo desiderio mortem assiduò meam optaret, nec esset incantator, sed inuidentissimus inimicus, quod quidem ignotum foret mihi, ac eius contra me pessimus animus occultus. Ego verò contrà, pono meum animum in suam requiem quàm maximè possum, hac ratione vindictam quærens, vt nemini sim infensus, nec alicui noceam: propter eiusmodi pietatem inuidia magna hæc adimpleri minimè potest, quæ contra me dirigitur. Est itaque pietas contra prauas imaginationes maxima summaque conseruatio, quæ fieri queat.

Æstimatio pariter operari potest, quę est in nobisipsis, vt cùm æstimarem quod mea ratio ferre nequit, mihi talis æstimatio, rationis meę submersio foret, sic vt cum æstimatione rationem amittere possim ex ordinata permixtione, prout etiã de æstimatione diximus alibi. Contra similes æstimationes optima conseruatio est, rationi plura non imponere quàm ferre possit, qua via tales æstimationes adimplẽtur. Aliam conseruationem ponimus: vt cùm de Deo æstimaremus, quod rationem superaret nostram, ad homunculum contra astra positũ confugiamus, qui est eiusdem na-

SCD Lyon 1

turæ cuius & nos, & ita ſpeculatio noſtra ſuperflua tranſit in homunculum, quæ nos corrumpere poſſet. Nam ibidem nulla reſiſtentia fit, quin eiuſmodi ſpeculationes ſine damno compleantur, ex repartitione ſenſuum exiſtentium in me & in homunculo, cum differentia perfectionis & imperfectionis.

Per æſtimationes & imaginationes adimplentur multæ ſuperſtitiones, quæ non ſunt impreſſiones, incantationes, neque æſtimationes, at ſuperſtitiones, exemplo ſimili quidem intelligibiles. Hac ſuperſtitione me ponamus imbutum, vt cùm ſuper tectum meum crocitare coruos audiam, indicium fore mortis alicuius æſtimarem. (ſimilia multa reperiuntur exempla non recitanda) ſuperſtitio hæc ægrotum reddere me poteſt, aut ægrum occidere, cuius cauſam ponimus de Superſtitionibus. Mea conſeruatio hæc eſt, nempe quòd eiuſmodi crocitationem credam eſſe naturalem, & non iuxta ſtultam opinionem hominum & meam: hoc ipſo iam ſuperſtitio mea deſtruitur: nam in dubio poſita eſt cũ ſtultitiæ meę tribuo. Nihil enim ſuperſtitiones magis deſtruit, q̃ conſiderare ſtultitiam eſſe: quo iam ablata eſt: nam conſenſus facit actum, qui tum hoc intellectu labefactatur, dum ego ſimplicitatẽ conſidero meam, & fatuitatem inanis eiuſmodi fidei. Nec ſolùm de coruis id euenire ſolet, verùm etiam de aliis omnibus, hoc loco de vita longa recitatu minimè neceſſariis, nec vtilibus. De conſeruationibus ſatis hactenus dictum ſit.

Quamquam difficulter intelligimur, hoc ſolùm illis accidit, qui nos iuxta naturam ſolùm perci-

SCD Lyon 1

cipiunt, vbi quidem piſcandum nihil: nam qui non intellexerint nos de vita longa, nolumus eos docere clariùs. His tamen qui fundamentum habent, proceſſus noſtros ſcripſiſſe, necnon abunde ſatis aperuiſſe, nudeque detexiſſe volumus. De cibi ac potus regimine ſi quid ſcribendum eſt, hoc ſolùm ponemus quod ad vitam longam facere ſcimus, reliquum aliis & alio modo tractandum locis reſeruantes. Primò ſciendum, vtique cibos iuxta proceſſum alium præparatos, veluti cum medicina, ſuperfluitates humorum expellere, qui latét in corpore, necnon creſcunt: iſti per conſeruationem cum cibo & potu prorſum auferuntur. Poſtmodum ſcitu neceſſarium, internarum ægritudinum curas omnium conuenientibus medicamentis accelerandas ac promouendas fore, vel quintis eſſentiis. De morborum originibus & medicamentis hîc nihil ponimus, quod in Phyſica multis locis extent: hoc ſolùm, ad vitam longam regiminis optimus ordo eſt moderata dieta, quam non declaramus, cùm vnicuique Medico ſatis nota ſit. Vnicum hoc addemus, videlicet à ſua ſeparãdos immunditia cibos, vti de ſeparationibus elementorum docuimus. Separatorum eiuſmodi ciborum vſus cum moderata dieta, vitæ longæ miram ſuſtentationem & conſeruationem exhibet, carnem atq; ſanguinem inſtaurat, vt morbus nullus p cibos externos corpori damnum adferre valeat: quod quidem alij cibi & potus minimè faciunt. Ciborum eiuſmodi ſeparationis vſum in fundamentum illis ponimus, qui vitam longam viuere cupiunt, multis de cauſis, hoc loco ſcriptu minimè

neceſſariis, præterquam regimẽ eſſe quo ſanguinis & carnis complexiones aluntur. Conſeruatio tamen ad vitæ ſpiritũ & eius humorem pertinet. His regimini vitæ longæ feciſſe ſatis volumus.

Separationes autem ciborum & potuum in Archidoxorum noſtrorũ tractatu ſcribimus de ſeparationibus elemẽtorum, & puri ab impuro: ſimiliter de regimine ponimus ibidem, quî ſit ad vitam longam optimè commodiſsimeque tenendum: hoc loco non repetimus, quòd illo ſatis abunde ſcriptum ſit.

Qui tamen aer, & quæ terra necnon elementa meliora ſint, ad hunc modum indicabimus, videlicet in ignis elemento, nullum aquaticum oriri poſſe morbum, nec è contrà: ſic de terra necnon aere fuerit intelligendum. Item quod in igne viuit liberum eſt ab aliis infirmitatibus, præterquàm ignis.

Quapropter conſiderãda venit, & in vſum aſſumenda neceſſariò qualitas aliqua mediis elementorum, in qua vita longa ſit: quod quidem in labore Sophiæ tantùm conſiſtit, in quo fiũt operationes elementorum, cum virium ſuarum perfectione, ſic vt concluſus ignis homini morbos omnes adimere valeat, ac ab eo pellere, necnon arcere. Laborem Sophię tanquam huius mundi Paradiſum alterum exiſtimamus, in quo morbus nullus pullulare poteſt, nec manere: nullum venenoſum animal habitare, nec intrare: neque ſanitas vlla corrumpi. Hoc optaremus à Domino Deo nobis concedi, videlicet, vt liberè, contemptuque ſine, de labore Sophię liceret ſcribere (ſic vt idiotæ non vilipenderent & intelligerent ea ſolùm

SCD Lyon 1

lùm quę nos docuit experientia. Verùm propter istos nobis tacendum est cum patientia de miraculis & magnalibus Sophiæ laboris, in quo terra sancta quintum esse reseruatur. Cùm igitur ea tacere nos oporteat, in animo nostro scribere duntaxat volumus, vt in perpetuum nobiscum sepulta maneant absque termino vitæ. De vita longa dictum sit hactenus, vtpotè nostris ac illis, qui fœlici necnon subtili sunt ingenio præditi.

FINIS LIBRI X.

THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi, atq; vtriusque Medicinæ Doctoris,

LIBELLVS DE MERcuriis metallorum.

Mercurius Solis.

XTRAHE aquam fortem ex ℔.iiij. salis nitri, tribus libris *kupfferwasser*, vitrioli: ℥.ij. aluminis ℥.j. salis Armoniaci. & postquam vnà cum modico cupri subsidit, dissolue in hac aqua ℥.j. crudi salis Armoniaci, quod antea mediocriter contusum sit, fiet hinc aqua Regis per V. In hac aqua dissolue ij. ℥. auri, quod prius per an-

SCD Lyon 1

monium bene & exactiſsimè expurgatum ſit: & poſtquam diſſolutũ eſt, calx ſubſideat, hinc paulatim aquam fortem effundendo ſepara, & lauando ad dulcedinem reduc calcem, ſexies aut octies aqua dulci, donec nulla acredo amplius reſtet aquæ fortis. hinc exiccato calcem ſuper lentum ignem, & ponderato calcem, & ſubtracta erit calcis pars triceſima. huic calci appone æquali pondere ſubtiliſsimè tritum ſulphur, & duplum vitrioli, & pondus omnium prædictorum tartari calcinati albi. omnia hæc ſubtiliſsimè trita vitro imponito, & ſuperaffundito acetum fortiſsimum & aquam ſalſam, ita vt materia aquoſa plus minus duobus digitis materiæ reliquæ ſupernatet. Vitrum obturato bene, & in capella (vel fornace alchimiſtica) p triginta dies ponito, quæ eius ſit caloris, ne digitum vrat. Poſt hos dies triginta vitrum confringito, tum hæc materia repræſentat formam argenti lauati, vel calcis argẽti, quæ *kleinſpiſſig* fit: interim tamen nondum videtur Mercurius. Idcirco hanc materiam impone mortario, & tere ligneo piſtillo, tum terendo cogitur Mercurius, illud continuãdo tamdiu, donec Mercurius terendo omnis fuerit coactus, & viua materia vel corpus effectum fuerit: attamen nõ tam citò fit, vel cõficitur ac Mercurius Saturni. Hinc reliquam materiam abluito recẽti & clara aqua, poſt exiccato & habes Mercurium Solis, & tunc aurum nõ amplius fixum eſt, ſed volubile & per corium tranſmitti poteſt, quo impurum, ſi fortè adhuc reſtat, ſeparetur.

Mercurius

SCD Lyon 1

Mercurius Lunæ.

Argentum ita in laminas redigitur, vt facilè amoueri posit: ita tamen, vt bene purum sit. Laminam hanc consperge forti aceto, & loco humido aliquãdiu pone, donec tota fiat cœrulea, hinc dissolue ipsam aqua forti separata (separationis, solutionis*) & postquam subsidit, & aqua fortis effusa fuerit: nec tamen lauando dulcorata, sed exiccata paulatim calci affunde rursus acetum: deinde sepone, donec iterum fiat tota cœrulea. Deinde Cinnabarim mõtanum, siue mineralem subtilissimè contritum ad ij.℥.

Calcis argenti,
Cinnabaris,
Aluminis,
Sulphuris,
Vitrioli, singul.℥.j.

Omnia subtiliter trita in ollam impone, vnà cum calce argenti, quæ in fundo residere debet. De cætero super ad hanc materiam ollam insuper glutine fabrorum (arena, *Schweißsannd*) qua fabri ferrarij vtuntur, reple. postea hanc ollam suo orificio alteri ollæ eiusdem magnitudinis imponito, situ inuerso: & olla tamen inferior aqua clara repleta sit, & in terram abscõdita (per descensum) circa superiorem ollam lentum extrue ignem, hinc semper magis magisque auge, donec superior olla tota excandescat, tunc ollam paulatim refrigerari sinito, & reperietur Mercurius Lunæ in olla inferiore. Olla plus minus per duas integras horas candens maneat, & ita ex ℥.ij. Lunę fiet ℥.j. cum dimidia Mercurij, qui omnino similis est Mercurio crudo. hic itidem per corium ex-

SCD Lyon 1

primitur, vt impurum ab eo ſeparetur.

Mercurius ex Venere.

Recipe Cuprum in tenues laminas redactum, & ad minimũ ab omnibus fæcibus expurgatum diſcinde in particulas, & confice cum ſale in tigillo ſtratum ſuper ſtratum, tigillum obtura in ſuperiore orificio, quoad fieri poteſt, optimè, ne quicquam exſpiret. tigillum impone parti fornacis tegulatorię, vel calcis, per dies nouem, qua fornax eſt calidiſsima, poſtea exime cuprum, & erit *roth*, ac ex rubro nigricans. hoc contere cum ſale in mortario, & ſolùm vt ex tigillo exemptum eſt. hic puluis imbibatur (maceretur) in vino forti, & adiiciatur arſenici ſubtiliter triti ad quaſque ℥.v. cupri ℥.j. cum dimidia: relinque hæc ſingula ita ſimul ad ſpatium dierum xv. Vini tamen ea ſit menſura, vt pulueri ſupernatet duobus culmis, poſtea exime, & habes egregiam & albicantem, ſplendidamq; calcem. hanc laua recenti fontana aqua,

Recipe calcis ℥.ij.
Sulphuris ℥.ij.
Glutinis Saturni ℥.ij.
Vitrioli,
Arſenici,
Aluminis, ſingul. ℥.ſs.

Hæc ſingula ſubtiliſsimè trita commiſce cum dimidia menſura aceti optimi. omnia diſtillentur per alembicum, donec nullæ amplius aquæ guttæ prodeant. hinc ignem adiunge, & aquam remoue, & cõcreſcet in ſupremi alembici lateribus puluis albicans, qui eſt Mercurius Veneris. hunc impone

SCD Lyon 1

impone aquæ calidæ, & confluit, fitq; Mercurius Veneris, dum bocia excandescit, satisfactũest illi. Ex ℔. Veneris prodeunt Mercurij ℥.ij. cum dimidia, omninò tenuis & subtilis, & adeò volubilis, vt in bulliente aqua expiret: propterea dicta aqua sit solùm tepida.

Mercurius ex Marte.

Martem limato grosso modo: ita tamen, vt absit chalybs. quocirca limatura de calcaribus optima est. Huius recipe ℔.x. bene conspersæ aquâ salsa. relinque per dies xl. vel longius. quò enim diutius subsistit, eò melius. Postea Martem laua: ita tamen, ne turbidum quod separatur, amittatur. hinc clarescat aqua, vt turbidum in fundo subsideat in forma rubræ viscositatis, percolando aquâ paulatim separa, materiam retine & exicca; quo nihil excrementorum, aut alioqui materiæ crassæ remaneat. hinc recipe *deß Schlichs* materiæ huius viscidæ ℥.v. sulphuris triti ℥.xxx. conflice tenuiter ad formam pollinis cum sola aqua clara. impone in tigillo, obtura eum optimè, ne quicquam expirare possit, & excandescat tigillum per horam. hinc refrigeretur & confringatur, & inuenitur puluis coloris cineritij. Huic adiice ℥.j. spumæ vitri, ℥.ss. salis Armoniaci, ʒ.v. vitrioli. pone super lapide læui in loco humido, & defluet aqua. Quòd autem pręteritis x. diebus in lapide relinquitur, manibus contere, & efficies ex eo Mercurium viuum. Hic est Mercurius Martis, ex quo parum prodit, nempe ex ℔.x. ℥.j. cum dimidia. Niger est & obscurus.

in

Mercurius Iouis.

Iupiter calcinatur hoc modo: Recipe laminas cultri tergo crassitie correspondẽtes, imponito aceto distillato bono ꝑ horas xij. hinc exiccari sinito, & adhęrebit eis cuticula albicãs, hanc pede leporino exactè separa, albumq́ue retine. madefiat lamina iterum, exiccetur denuò, separetur albicans cuticula secundò, vt prius, hoc toties reiterato donec calx albicans sufficiat: deinde recipe calcem albicantem, & tracta eum omnibus modis, quibus calx plumbi tractari solet, solummodò ne succinum, aut album vitriolum intersit, vel adiiciatur: nam eius loco apponitur æs viride, ærugo, & confectum erit negotium. interea tamen Iupiter non tantũ Mercurij largitur, quantum Saturnus. nam Iouis libra j. non profert vltra ℥. vj. Mercurij.

Mercurius Saturni.

Si haberi potest plumbũ Villarense, aut aliud, cui argentum non inest, id recipito, sin minus, purgato sequenti modo: si calcinatum est, bulliat calx per horas duas in lixiuio confecto ex cineribus salicis, in quo tamen prius dissoluta sint aluminis vncia vna, salis vncię octo. dum coctum est, purgatur ab omni sulphure, ac reliqua materia vitiosa. Hoc plumbum sequenti modo calcinato cum sale: Plumbum colliquato & in receptaculum ligneum infundito, sale communi eum eo bene commisto, & pulueri sabitur in modum arenæ, hinc decies, vel duodecies sal abluito, donec nihil salsedinis in dicto plumbo restet: calcem exiccato paulatim, continuè agitando.

SCD Lyon 1

do. dum exiccatum est, fiat aqua hoc modo:

Recipe vitrioli albi, alioqui succini dicti, vncias quinque, aceti mensuram vnam, ad sex libras calcis plumbi, dissolue vitriolum in aceto. hac aqua calcem plumbi consperge, vel optimè madefac, vel calcem in aquam impone, vt super emineat, relinque horis triginta sex, & fiet puluis coloris cineritij. *** Hinc recipito leuè marmor, quò maius, eò melius, id ponito obliquè in loco humido, vel in cella vinaria, ac à parte priore receptaculum ligneum supponito, vt quicquid defluit, in receptaculum decidat. dicto marmori cupreum operculum applicato, pro marmoris magnitudine, quod in lateribus terminisve eleuatum sit ad spithamæ altitudinem, & in sartaginis modum conformatum: interim tamẽ priore parte pateat, quo Mercurius prodire queat, vel penetrare. hinc recipito puluerem cineritium ex plumbo confectum, vnà cum materia succinosa, iisque adiice aquam sequentem:

Recipe Aluminis ℥.j.
Salis nitri ℥.ij.ss.
Æruginis montanæ ℥.ss.
Salis de capite mortuo ℥.ij.

Has species minutim contundito, ac cum vrina veteri madefacito, hinc distillato, & prodibit aqua coloris lutei, (aurei, crocei.) Huic aquæ citatam plumbi calcem indito, vnà cum materia succinosa, & residebit calx in fundo, post aquam paulatim effundito: eam tamen retineto: quippe quę perpetuò bona est. nam tribus mensuris aquę dictæ centenarius calcis plumbi solui potest: solummodò dum vsurpata aqua iterũ applicetur,

SCD Lyon 1

ac aliquantulum materiæ nouæ adiiciatur. quod in fundo remanet, in modum pollinis concrescit, id in marmore ponito æquali crassitie. operculum cupreum superponito, ac in supremo operculo ignem carbonarium paruũ extruito. Dum igitur ea materia calorem recipit, prodit Mercurius, ignis conseruetur in bono ordine ac gradu, donec nihil calcis plumbi amplius restet. Mercurius igitur Saturni, quia defluit in ligneum illud receptaculum, purissimè debet lauari & exprimi, vt si fortè crudus Saturnus vnà defluat (vt fieri solet) ille separetur. Ex libris Saturni decem fiunt Mercurij libræ octo, sæpius octo cum dimidia. Nota: Ignis in operculo ne sit nimis magnus aut vehemens: alioqui enim plurima cruda Mercurij materia vnà delabitur. is igitur in vno æqualiq; caloris gradu conseruetur, ne iam remissus, iam verò vehemens sit. Si verò crudus Mercurius insuper vnà delabatur, is residet post expressionem in corio, & decæterò coquendus est pro conficiendo alio, atq; hîc habes Mercurium Saturni via facilima.

FINIS LIBRI DE MERcurijs metallorum.

SCD Lyon 1

THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI, PHILOSOPHI *excellentissimi, atque vtriusque Medicinæ Doctoris,*

LIBELLVS DE QVINTA essentia.

SCRIPSERVNT multi de quinto esse rerum earum, quæ tum in terræ latent visceribus abscondita, tum è terra hinc inde pullulando crescũt: nempe metallorum, salium, succorum, lapidum, arborum, herbarum, radicum, quadrupedum, piscium, & reliquorum animalium, &c. Paucos autem adhuc cernere licuit, qui vnà indicarent qua ratione modóue quintum illud esse possit ex dictis rebus extrahi, quo nõ solùm spes aliqua, inesse scilicet eiusmodi quintum aliquod Esse rebus, generi humano relinqueretur, sed etiam eiusdem commodi essentialis illustre ac laudabile corpus hominis posse fieri particeps. Quocirca ego nũc ex parte docturus sum, non ea ratione qua loquaces illi nugatores futilibus suis iurgiis solùm minitantur, nec tamen feriunt. Sæpius dictum quintã essentiam in rebus omnibus infixam hærere ac habitare: sed insuper quoque coindicabo, qua ratione ea extrahenda, ac non solùm è metallis, lapidibus, salibus, succis, &c. verùm etiam è radicibus, herbis, animalibus, omnibusque reli-

SCD Lyon 1

quis rebus, quæ vſpiam à rerum Conditore conditæ ſunt.

Res eſſentiales ac creatæ omnes in ſe continét aquam, oleum & ſal: inde maximi erit diſcriminis ſal oleumque ab aqua diſtinguere. aquæ in diſtillando primò prodeunt, hinc olea, ſal: licet ſæpius oleum, aqua, ac ſal coniuncta vnà maneant, vt ſi iuniperinum oleum ex acinis extrahitur, in quibus alioqui ſal remanet, tñ oleum illud leuitate ſua ab aqua, quæ grauior eſt aliquantò, ſeparatur: at nemo hactenus ab eo ſal ſeiungere potuit, quod tamen omnium eſt pretioſiſsimum, egoque veram quintam eſſentiam iuniperi eſſe omnino exiſtimo.

Item prodit ex ſulphure nulla aqua, quæ ſuccida eſt, ſed tantummodò oleum. latitant tamen ſub eo oleo ſal & aqua abſcondita: nec oleum rectè dici poteſt, niſi ab eo priùs ſal & aqua ſeiungatur, ac ſeparetur. Inſuper ſali communi oleum & aqua ineſt, nec tamẽ verum ſal rectè appellari poteſt, niſi prius aqua oleumq; ab eo ſeparetur.

In plantis & terra creſcentibus vnumquodque ſuam aquam, ſal oleumque obtinet: interim tamen diſtinctè. Sic calidiſsima ſalis plurimum, frigidiſsima aquam copioſiſsimam, media quaſdam olei partes, quaſdam ſalis, quaſdá aque continent, quodq; in ſuo gradu & genere. Sic diſtinctis inter ſe coloribus differunt, ſic odore, ſic ſapore, atque inde ſubtiliſsimi ac puriſsimi ſpiritus, hiſce qui rebus inſunt, extrahuntur, qui ſalutaris vitę hominis nomine iuſtè ac meritò appellari merentur.

Metallica creſcẽtia, vt ſunt aurum, argentum, ferrum,

SCD Lyon 1

ferrum, plumbum, ſtannum, cuprum: item arſenicum, marchaſitæ, laſuræ, ærugo, viride montis, calaminum, vitriolum, prima ſunt, ac ſumma. hæc ſequuntur gemmæ, ſmaragdus, carbunculus, amethyſtus, qui & pyropus dicitur, cyanus, hyacinthus, qui & chryſolitus appellatur, coralli albi & rubei, margaritæ, &c. Et quidem poſtremæ omnium ſummas virtutes obtinent, dummodò debitè præparentur: quamuis præter ſupraſcriptos lapides varij præterea lapides inuenti ſint, vt tegulæ, in quibus vis non exigua ad conſeruandam humani generis ſanitatem deprehenditur, alabaſter, bolus Armenus, ac alij: ſed præ cæteris potiſsimùm nos hîc verba facimus de excellentioribus. Tertio loco plantas, terra creſcentes, vt arbores, frutices, herbas, radices & ſimilia ligna, medullas, aliaque præterea ordo poſtulat, ſub quibus & ſucci, liquoresque, qui ex creſcentibus prodeunt, comprehenduntur. ſic vinum, oleorum varia genera, vt oliuarum, nucum, lini, baccæ lauri, muſcatæ. item gummi ex arboribus, fruticibus, aliorumq; caulibus diſtillantia, vt reſina, terebinthina, myrrha, maſtix. item ex ceraſo, heliotropio, prunis ſatiuis ac ſylueſtribus, aliisque innumeris, quæ ſingula humani generis commodi vtilitatisq; gratia condita nobis à rerum Creatore donantur. Quarto ſubſequuntur animalia, in quibus certè non minima virtus operatioque ſanitatis multis modis reconditur: Primò in ſanguine, qui certiſsimè cuiuſq; bruti anima exiſtit: ſecundò in medulla adipéue. item vis in carnibus animalium tũ ſanguine præditorum, tũ eius expertium, vt piſcium latitat,

ex quibus omnibus singulisq; quinta essentia elici potest, pro ineffabili maximoq; hominis commodo. Atq; quo ego simul indicem quibus & per quos modos, appono exemplum de essentia sanguinis ciconiæ, quod excellentissimum est remedium contra assumptum venenũ, & oritur illud solùm ex sympathia, ac compassione. Insuper sanguis hominis cum vino distillatus iis pollet viribus, quòd si essentia eius accenditur, ardet indesinenter, dum homo, cuius sanguis ille fuit, vitam agit, ac * lehona extinguitur, quia moritur, quod nisi magni illi Doctores certè pro exorcismo nigromantico habebunt. causa est, quòd naturas rerum earũ non intelligunt. Cordiale autẽ præstantius non est, q̃ ipsa illa essentia, quæ ex margaritis vel vnionibus extrahitur, quæ adeò admirandarum est virium, vt iam morientes homines, qui iam in agone mortis essent, ea restituerim, ac refocillarim, loquelamq; reddiderim. quæ etiam non parũ præstitit auxilij, tum cuidam, q̃ paralysi conuulsus erat, vt iterum erigerem, ac restituerem: qui tamen (vt omnibus etiam astantibus persuasum erat) iam soli Deo cõmissus erat. Is ab eo tempore locutus est, scripsit, liberos procreauit. Nec minorẽ facultatem gemmæ reliquæ obtinent: quælibet tamen in suo genere. De herbis, radicibus earumq; familia, dubium nõ est, etiam apud Doctores Galenicos, quin ineffabilẽ summamq; vim & facultatẽ habeant. Quid dicam de excremẽtis hominis aliorumq; animaliũ? Quod si igitur in hisce contẽptis abiectisq; rebus tantæ virtutes insunt, quantò maiores in præstantissimis metallis, auro, argento, antimonio? &c.

Verùm

Verùm quæ Marcasitis virtus inest, dum sine omni additamento vllius alterius medij saluberrima medicina est, ac purgatio fistularũ omniũ, cancri & similium vlcerum? Hic nihil dicam de Antimonio, vitriolo alijsque, quæ ad eius modi morbos non minoribus pollent virtutibus quã priora, interim tamen suo modo ac genere. Item auri (fortasis essentia) ita præparata, qua ego sæpius impurissimam lepram elephantiasimq; purgaui sanauique. Iam omitto quod quadragenariam podagram contractionesque resolutionesque & alia hac & alijs adiectamentis appositis curaui. Nec medullæ ac pinguedines omnino reijciendæ, præsertim hominis, vrsi, taxi, porcorum, arietum, taurorum, ceruorum, simiarum, & similium animalium quæ tum in aquis, tum in aere, tum in terris degunt, quorum nullum sine peculiari commodo creuit, conditumque est, vel eo argumento quod minutissimi Cantharides, stercoraque muscæ ac tineæ suas habent proprias facultates. quas res nos omnes perquisiuimus funditusque experti sumus ac inuenimus, ita vt nihil restet, quod non in hominis vsum commodumque suas vires virtutesq; acceperit, sed iam ad rem accedamus.

De quinta essentia oleóue ex auro, item de sale eiusdem.

Recip. auri purissimi in grana minutissima redacti ac lunati aut calcinati cum plumbagine. Huic adijce vini albi præstantissimi quo ad inueniri potest, partes 100. resinæ albæ de pino partes x. relinque maceranda in vitro per dies 40.

SCD Lyon 1

Vinum effunde ac tantundem recẽtis vini affunde, ſimiliter vt prius macerari ſine, hoc reitera tertiò: vinum tribus vicibus collectum vitro infunde, diſtilla bene obturatum igne forti, quo fortiter prodeat. vbi diſtillatum eſt, impone vitrũ cum aqua (liquore) cineribus calidis bene obturatum cum alembico cæco, & ſint cineres eius caloris, vt digitus eum pati non poſsit, ac ſtet tamdiu, donec partes nouem conſumptæ vel exiccatæ ſint, & tantùm pars decima reſtet: Aquæ reſtanti adiunge tantundem albuminis ouorum, conquaſſa, diſtilla inuicem vnà, primò lentè, & prodit aqua alba, eam ſepone, pôſt fortius tãdem vt bocia excandeſcat, & prodibit materia ad formã mellis tenuiuſculi, odoris fortis (grauis) hãc retine, nam eſt hæc quinta eſſentia auri, medicina regia. aquam ſubalbicantẽ, quæ craſsiuſculã præceſsit, impone in vitro, coque donec conſumatur, & inuenies ſal album, ac elegans, & eſt hoc ſal ſolis. Cæterùm, auro tuo pars dimidia deceſſerit, nempè præſtátior quæ in quintam eſſentiam ingreditur, hanc eandem eſſentiam quintam licet & oleum ſolis appellare.

De oleo aut quinta eſſentia Argenti eiusq; ſale.

Recipe argentum tenuiſsimè laminatum, & in minimas partes ad denarij formam diſſecti, item particulas cinnabaris: cõfice in vitro ſtratum ſuper ſtratum, atq; vitrum ſit ad dimidium adimpletum atque obduratum optimè, hinc pone in copellam per dies 30. Conſerua igni continuo, tandem refrigeretur: & cinnabaris animam vel eſſentiam ex argento extraxit, redactumque eſt argentum

SCD Lyon 1

argentum ad formam ſpongiæ.cinnabarim purga plumbo,& inuenies animã argenti in reſiduo, atque illud eſt argentum præſtantiſsimum,quod vſpiam inueniri poteſt. hoc argentum in grana redige minutiſsima, & affunde acetum vini fortiſsimum, ſtent in vitro per dies 30. & fiet argentum cæruleum,detrahe cæruleũ ac retine,affunde acetum aliud,fiatque ſecundo cæruleum, detrahe iterum,hocque toties,donec argentum ex toto ſit abſumptum huic materias cæruleas coniunge,atque ſi argenti fuerunt vnciæ duæ, recipe camphoræ vnciam vnam,ſoluatur in dicto cæruleo argento ac aceto,diſtilla ita:primò lentè,hinc fortiùs tandem adhuc fortius, donec aqua incipiat colore tingi fuſco.hinc aquam ex recipiente exime vitroque alij infunde ac retine, reſiduum vrgẽdo diſtilla igne fortiſsimo de fecibus, donec bocia excãdeſcat,& inuenies quintam eſſentiam in vitro,inſtar fuſcæ ac craſſæ cereuiſiq,ſubacrem aut erodulam. hoc eſt illud oleum ac quinta eſſentia lunæ,aquam retentam coque ad conſumptionem (vt ſuperius ſal ſolis) & fiet ſal viride,atque illud eſt ſal argenti.

Oleum Martis.

Crocum Martis cõtunde in puluerem minutiſsimum ac tenerrimum, hũc laua recenti aqua: aquam lotoriã effunde,ſtet donec ſubſideat,hinc à ſubſidente aquam ſepara: exiccetur crocus.huius recipe quantum placet & effice paſtam cum ouorum vitellis : exiccetur iterum, tandem contunde in puluerem,& pone in læui tabula vitrea, pone in cella vinaria & ſoluitur in oleum cæ-

SCD Lyon 1

atque illud est oleum Martis, ad omnia exteriora vlcera accommodatum.

Oleum Saturni.

Recipe spumæ argenti vel lythargyrij vncias viij. contunde ac tere minutissimè, pone in olla quæ in igne lateri incumbat, in modum quo solent confici cineres plumbi, spumam cochleari ferreo agita, vbi satis incaluit, effunde illam in sartaginē ferream, in quam mittātur aceti acris feruentisq; mensurę duæ, tunc separabit se oleum à spuma, acetū rursus fundatur in sartaginē: consumatur vt vix quarta pars vnius mēsuræ remaneat. Hoc oleum mirabilē habet dulcedinē, quod si commisceas cum vrina veteri, albescet vt cerussa, sic si in ferrea sartagine bulliat, subsidebit, & fiet vt argentum. Porrò si aliquantulum eius ponatur in vas aliquod, & sinatur donec exiccet, fit ex eo lenta materia similis glutini tenui (gracili.) Materia quæ oleum repræsentat per retortam bene obturatam, destilletur, tunc habebis purū clarumque oleum quod saturui quinta essentia dicitur.

Oleum & sal Iouis.

Iupiter hoc pacto calcinatur; nempe vt ponatur in crucibulum, & per ignem occultum, id est, per descensum ad 40. dies, vsque coquatur. tunc habebis puluerem quem vocant cinerem stanneum. Huius accipe ℥.v. & succi limonorū ℥.lxv. subsideant hæc per 20. dierum spacium, tum ablue cinerem, cui iterum superinfundas dictum succum limonorum, idque sic ter facito. Postea

hæc

hæc distillentur, & iterum fundantur super cinerem: subsideant rursus per 20. dies vt antea. Deniq; distillentur per alembicum, tamdiu donec prodeat aqua quæ pura erit: cuius colorem si viridem videris, ignem ministres vehementem. Aqua quæ primò prodit, reijciēda est, & tūc prodibit alia quæ cum oleo est mixta, quod separandum erit. Oleum rectifices in calore solis, atque hoc est oleum Iouis. Aqua secunda elixando minuatur ad decimam partem vsque, quam sinas subsidere, donec incipiat habere radios, qui viridis caloris sunt pulcherrimi, adeò vt smaragdi colorem ferè superent, & hoc est sal Iouis, quod etiam pro spiritu Iouis iudico.

De quinta essentia Antimonij.

Hæc nobilissima est atque dulcissima rerum omnium quæ fuêre materia, quæ omnia etiam antecellit, siue arte fiant siue natura. aurum potabile excipio, quòd à quinta essentia nostri lapidis superatur, quem non immerito, sed reuera vero suo nomine LAPIDEM PHILOSOPHORVM vocamus. Recipe itaque Antimoniū quod sit *langspießig* acutum & longum, atque rutilans, cōtundatur & cribetur donec fiat puluis tenuissimus (subtilissimus. Hic imbibatur in vino forti & bono per dies 30. vas bene claudatur. animaduertendum autem vt ad librā Antimonij sumantur duæ vini mensuræ: ponantur hæc in sole: postea distillentur lento primum, fortiori deinde igne, donec tandem aqua prodiens rubescere incipiat, & tunc aliud receptaculum præponatur, aquam seruato: quam satis diu in vase bene clau-

SCD Lyon 1

ſo ſubſidere ſinas, tunc intra 9. aut 10. dierũ ſpacium in fundo vitri aliquid nigri reſidebit, de quo aquam quæ ſupernatat ſumito, ad cuius ℥.v. accipiatur vncia vna cũ dimidia radicis Eberwurtz minutim conciſę: quæ ſimul iterum diſtillentur. Altera aqua quæ etiam rubra eſt in diſtillatione vehementi opus habet igne vt operculum candeſcat, tũc ſupra aquam rubrum oleum videbis, quod ab ea ſeparandum eſt, eoque modo fit Iuniperinum oleum, & vtrumque ſeparatim cuſtodiendum. Atque ſic extrahuntur tres iſtæ aquæ ex Antimonio, quæ in ſe quintam eſſentiam continent. Hæc vt extrahatur iſto modo proceditur. Dum ſubſident tres iſtæ aquarum ſpecies per 30. dierum ſpacium, in fundo vitri aliquid terrenum inuenies. ſicuti antea factum eſt circa primam aquam. Et tum aquæ colentur, clarę à turbīdis ſeparentur: iſte retineantur: hæ reijciantur. poſtea in primo tantum gradu ignis 20. diebus in cineribus diſtillentur, donec coaguletur materia, & fiat lapis durus, colore ſimilis Granato. Lapis contundatur, & in aceto diſtillato ſoluatur, poſtea diſtillentur hæc per alembicum. Aqua quę prodit, in vitro ſuper cineres in ſecundo ignis gradu ponatur, tunc inuenies lapidem rubeum ſpineto ſimilem. atque hæc eſt quinta Antimonij eſſentia. Hanc vſibus vtilem, humano generi eſſe nunquã fuit compertum. hæc omnes lepras ſanat, omnes fiſtulas, Schorbock (puto eſſe *les veroles*) omnes denique eius generis incurabiles morbos, conſumit, omnes oculorum pelliculas & nubeculas. ſaporem habet dulcem, & nõ amarum nec acrem: duritiem verò vel craſsitudinem non refert,

SCD Lyon 1

fert aliam, quam oleum, colorem vini rubri. Hydropicis singulare est solatium, nam citò hydropem consumit (pellit) si ægrotus eius medicinæ sumat quantitatem vnius pisi in aqua violarum. Sanat etiam paralysin, apoplexian, morbumque comitialem. Si sumatur cum tribus guttis auri potabilis quantitas vnius fabæ, in eo namq; soluitur hic lapis, qui ne pereat in locis siccis custodiri & in semine milij seruari debet. Si enim in locis humidis ponatur, intra 4. mensium spacium corrumpitur.

De oleo & sale ex Marcasita.

Marcasitam qualis in montibus reperitur contunde quâm potes subtilissimè. superinfunde vinum forte, tunc vt excedat saltem, quotidie bacillo agitetur, & post tres dies vinum effundatur, & nouum addatur, idque fiat tamdiu, donec ad 10. ℔. marcasitæ, 20. mensuræ fuerint additæ. colatum vinum vel effusum cum marcasita distilletur, donec aqua prodeat, quæ retineatur. Porrò foramen arundinis in vitro bene cum luto claudito, cui ignem administra satis vehementem, vt materia in superiori parte cucurbitæ, quæ similis est argenti puri, appendat se, quam retine & fęces abijcito. Postea illam bulliendo minue, vt vna tantum mensura restet: materiam albam quę fuit in cucurbitæ superiori parte super lapidem prius bene tritá in cellam ponito, & supponatur vasculum in quod oleum fluat. Hoc præstantiss. est contra fistulas, cancrum, & alias eius generis læsuras, idque quinta essentia dicitur, quæ ex metallo immaturo extrahitur. Aquam verò istam eo

SCD Lyon 1

modo coctam iterum distilla, & bulliendo minue vsque dum media pars decreuerit, hoc est, ad mẽsuram dimidiam quæ remaneat, peruenerit. hæc subsideat per 30. dierum spacium inq; eam proijce culmos, & ligna minutim concisa, in quæ tunc accrescet sal simile Chrystallo excepto colore qui est subuiridis. Atq; sic habes oleum & sal ex marcasita, quæ duo non minima sunt ad conseruandam humani generis vitam atque sanitatem.

Oleum ex sale communi.

Confectio olei ex sale non est inutilis, ac frustraneus labor: cum id quo cum paratur maximam habeat cum illo à natura contrarietatem, non tam quoad sitis prouocationem, ac putredinis remotionem, quàm saporis dulcedinem. Omnia namque quæcunque cum eo liniuntur, & natura putrida sunt, siue id contingat in vulneribus, alijsue læsuris, absque dolore erodit, ac in vnica hora consumit è contra sal omne putridum. fouet ne consumatur & acre est. Deinde sal excitat sitim, oleum verò pellit, cuius rei testes sunt hydropici aliquot, qui sumpto eo nouẽ sæpè decemque diebus siti caruerunt. Quoad saporem denique attinet, non ita acutum est oleum neque sal, sed dulcedinem mellis aut succi pomorũ sylueſtrium plurimum refert.

Oleum & sal Coralli item Chrystalli.

Chrystalli inter alios meliores ac optimi in Alpibus Helueticis reperiuntur. Hi contundantur ad puluerem tenuissimum & super hunc infundatur succus limonorum, ponatur in ein Kolben

mit

mit einem engen halß in cineres calidas ad profunditatem materiæ, quæ in vitro est. subsideant per 40. dies, tunc soluentur Chrystalli & fit ex illis aqua crassa. Huic addatur aceti tantum, quantum est succi, subsideant iterum per 20. dies, postea addatur Muschum, quod bonũ sit, vt eò magis ascendat materia, tum distilletur in vitro bene clauso. aqua quæ exit retineatur omnis: nullum enim prodit oleum, atque cauẽdum ne ignis vehemens nimium sit, alioqui combureretur materia. Hinc aquam coquas donec dimidia pars absumatur, & distilletur, donec aureum colorem recipiat, effundatur postea, & distilletur forti igne vsque dum prodeat aqua pura flaui coloris. At si turbida sit, separatim seruetur, & quod crassum est (pingue) distilletur in cucurbita candescente in qua dum refrigerat inuenies oleum flauum quod aquæ supernatat, idque quinta essentia est Chrystalli. Albam aquam, item flauam, & quæ vltimò prodijt, omnes collige in vitrum cui imponas culmos paruos & tenues qui longitudinis sint alicuius digiti. Vitrum bene obturato, ponatur in cellam vbi relinquatur p dies 40. & tunc dictis culmis accrescet materia quę habet radios similes sali nitro, quos exicca, & tum habebis sal Chrystalli, quod est naturæ, virtutis & efficaciæ mirabilis.

Oleum & sal Margaritarum.

Margaritæ Arabicæ & quæ ex India vehuntur inter alias optimæ sunt. Hæ purgari debent aquâ pura & calida, deinde in aceto nouies distillatõ dissolui, acetum ternis diebus renouare poteris;

SCD Lyon 1

& effusum in vitro bene clauso seruare. Et si omnino sunt consumptæ & dissolutæ, acetum distillando abstrahẽdum est: quod in fundo remanet, rursus soluendum in aceto, & iterum distillandũ vt prius, & tunc pars perlarum vel margaritarum distillabunt. Aquam distillatam serues vsq; dum nihil perlarum maneat reliquum. Ad mensuram igitur vnam istius aquæ adde dimidiam vnciam Camphuræ, quæ eius est virtutis, vt nullas fæces patiatur, sed quod terreum est & graue efficit leue ac volatile, vt ascendere possit. Hæc denuô distillentur, & ad vicesimam partem vsque acetum bullitione consumatur, idque fiat in vitro aperto, quod magnum latumque os habeat. Reliquum per alembicum distilletur, vsque dum aqua pura fluat: quæ cum cœperit flauescere, aliud vitrum supponatur. ignẽ subijcito fortẽ magis ac magis, tũc crassa materia prodibit, quę simi lis erit mellis tenui, atq; hęc est quinta ex margaritis essentia, reuera decus humanæ vitæ. Sal autem cõficitur ex aqua, quæ colorem flauum prę cedit. illa coquatur donec sal fiat, hoc sal pulchrũ est, album ac molle vtrumque saporem camphuræ reddit, non alium.

De essentia & sale rerum terra crescentium.

Herbarum & radicum essentia nullo meliori modo extrahitur, quàm si herbæ & radices quam fieri potest minutissimè scindãtur, & in vino forti bulliantur, olla bene conclusa, ne quid spirituũ euaporet, vinum sæpius percolando separetur, & nouum iterum infundatur vsque dum vires amiserint, & tunc non ampliori indigent opera, quam

SCD Lyon 1

quam vt omnia vina collecta simul per alembicũ distillentur, quod fieri quotiescunque velis potest, sed foramen vitri bene claudito. tunc expectandum donec virtus quę in vino est, & hinc inde in vitro passim errat, in vnum locum se cõtrahat, nam quo minor est essentia istarum rerum, eò melior atque subtilior. Cùm verò aquæ post primam & secundam distillationem bullierint, sal in fundo reperitur. Sed notandum, ad oleum ex illis extrahẽdum necessarium est, vt etiam herbæ & radices distillentur. Quæ autem pingues sunt, earum flores solummodo in solem in vitro positæ oleum dabunt, ex quo demum quinta essentia extrahi potest, quemadmodum & sal. propterea fieri non potest, vt singulis herbis sua operatio assignetur. Discrimen tamẽ faciemus inter illas res, quæ oleũ in se habentes sponte, & vi sua distillant, vt sunt nuces muscatæ cortices Chrysomelorum, pomorũ aureorum (*de pomes d' Oranges*) & similium. Oua, nuces muscatæ, baccæ lauri & similes fructus necesse est, vt confundantur & parum in sartagine super ignem torreãtur, vt sapiant adustionem. postea oleum exprimatur. Hic modus olei extrahẽdi simplex est & puerilis, sed ex isto oleo aliquid deinde subtilius extrahere artificiosum: sicuti non minus artis requirunt extractio oleorum ex cinnamomo, zingibere, cariophilis & similibus, cuius modus planè superiori est dissimilis: siquidem per poros veluti Iuniperinum oleum hæc distillẽtur. quæ causa est, quod nõ tantum atq; ex cæteris materijs, quamuis prę-stantiores sint, extrahatur, baccę tamen lauri, nuces muscatæ (myristicæ etiam appellantur) & si-

SCD Lyon 1

miles res ex quibus ſine operatione aliqua oleum fit, vt iam dictum eſt, maiorem copiam ſuppeditant, quam iſtę res quæ leues ac tenues ſunt vel etiam quæ exprimuntur.

Quemadmodum oleum & ſal ab oleo oliuarum ſeparandum ſit.

Oleum quod fit ex oliuis, etiam ſal in ſe continet, quamuis nō ſingularis virtutis ſit, maiori tamen cum abundantia extrahitur ex vetuſtiori oleo, quā ex recentiori. Ex his fit aqua rubea quod mirum dictu eſt, contra calculum præſentiſsimum remedium, cum tamē manifeſtum ſit, nullum oleum aquoſam in ſe habere humiditatē, nec etiam eius naturæ eſſe, vt calculum frangere debeat. Quocirca hi cogitātius & modeſtius loquātur, qui dicūt, quomdo hoc vel illud fieri poteſt? cauſam hanc prætendentes, id eſſe contra naturā & eius proprietatem, cùm nihil minus cogitent, quod coctio tantam mutationē ſecum ferat, quæ ſæpè ſolet efficere id, quod alioqui per ſe & à natura nō eſt, ſicuti accidit in noſtro argento, quod etſi aurum non ſit, tamen per coctionem eò redigitur, vt ad aurum deueniat optimum. ſic & ferrū vtrum in verum & præſtantiſsimū cuprum conuertitur. Eodem itaque modo ſeſe noſtra res de qua hîc dicimus habet.

Aqua iſta rubea ex oleo oliuarum tali fit pacto.

Recipe olei ℔. iiij. ponantur in cacabum cupreum: caleſiat vt fumare incipiat, refrigeſcat poſtea, & in bociam ponatur, cuius collum quam arctiſsimè

SCD Lyon 1

arctissimè spongia obtura, & superimpone helm luto bene oppilatum, ne vapor aliquis euanescere queat. distilletur materia lento igne: denique incipiat effectus sortiri. in æquali calore ignis conseruetur, ne aliquando calidum, aliquando frigidum habeat, tunc rubescet aqua: quæ si in superiori parte receptaculi pinguescere incipiat, cessandum est, nec vlterius progrediendum. atque hæc aqua est, quæ ex oleo extrahitur. non potest diu integra custodiri propter putridam quam in se continet naturam: attamen calculum in vesica in momento quasi dissoluit. si nimirum ægroto per nouem dies quotidie tria cochlearia dentur, manè vnum, meridie vnũ, & vesperi vnum: posthæc ægrotus per integrã horam ieiunare debet. aqua hæc saporis est insuauis, qui hominem plurimùm afficit, doloremque ei capitis creat.

Sal hoc pacto fiat.

Distillando oleum ex quo facta est aqua rubea, per alembicum abstrahatur mediocri igne, & si nimium fluit, ignis remoueatur: siquidem magnum calorem sufferre non possit, in fundo bociæ inuenies materiam turbidam, quæ euacuetur in vitreum vasculum, cui tantum adiiciatur aquæ puræ fontanæ, quantum est materiæ. tunc oleum supernatabit, quod separãdum erit aqua, in qua nulla pinguedo est, rursus distilletur, & habebis aquam puram, quæ in vitro coquatur donec consumpta sit, & tunc in fundo sal reperies, quod est subnigrum, & ad purgandum commodissimum: siquidem valde sit laxatiuum.

SCD Lyon 1

Quomodo oleum & sal ex pipere extrahatur.

Grana contundantur ad subtilem puluerem, cui addatur succus alni (erlen) tantũ id transcendat puluerem, subsideat in sole calidissimo, vt in diebus canicularibus per dies nouem, postea exprimantur per pannum. aqua postquam distillata est, iterum superinfundatur fęcibus, & nouem dies subsideat: deinde cũ aqua cœperit colorem recipere, remoueatur, & loco primi vasis præponatur aliud, oleum forti igne extrahatur, cui si quid aquæ admixtum fuerit, separetur per vitreum infundibulum, vltima aqua addatur primæ, & iterum distilletur, & ad quartam partem coquendo consumatur, hæc per xxx. dies subsideat in vitro super capella bene obturato, tunc sal in fundo reperietur, quod saporem habet piperis, ad cibum condiendum præstantissimum, propter odorem, quẽ de se reddit nobilissimum. oleum verò est caloris mirabilis, valde commodum membris frigidis, atque neruis.

Oleum ex Gummis.

Recipe myrrham, masticem & gummi similia, quæ sint pura & clara, triturentur & spargantur super oua recentia, quæ cocta sunt dura, & transcissa per medium, positaq; in arena in aliqua patina, quæ sistatur in cella, donec soluantur in oleum pulueres. Hoc omnia vulnera sanat, & dolorem podagræ mitigat, superponendo illud seruat faciem hominis pulchram, si post balneum ea vngatur. sic etiam carnes à putredine custodit, ne vnquam putrescere possint.

Præparat

SCD Lyon 1

Præparatio Colocynthidis.

Recipe pomũ coloquintidis, ex quo desumantur omnia grana, minutim concidantur: medulla accipiatur ponderis trium nummorũ Rauenspurgensium. ponatur in vitrum, addatur illi cinamomum, cariophyla, zingiber, nux muscata & mastix ana, hoc est, pondus vnius nummi Rauenspurgensis. omnia contundantur, & ponantur in vitrum vbi coloquintis posita est, superinfundantur quinque cochlearia boni vini. subsideat per octo horas. Quòd si vti velis, præparanda est circa horam duodecimam pomeridianam, & nocte demùm sumenda, & postea cubandum, nec purgatio vires suas exequetur media nocte, vel hora prima. Et notandum, antequam medicamentum hoc sumas, exprimenda est per pannum, & illud comedendum: sed caue ne vi quadam nimia exprimas, & illud tantùm accipias quod per se, & quasi sua sponte penetrat, quantitatis septem octóve guttarum, ne nimis vehemens sit. Cùm igitur aliquoties operauit purgatio, sumatur manè circa septimam iusculum, in quo pisa cocta sint, nec sal nec butyrum continens, cum pauxillo saccari commixtum, tam calide quàm patipossis per duas horas, nihil comedens.

FINIS LIBRI DE V. essentia.

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI,

Philosophi excellentissimi, atq; vtriusque Medicinæ Doctoris,

PRIMVM MANVALE,

Id est,

THESAVRVS CHEMICORVM particularium experimentorum ex Autographo ipsius Authoris PARACELSI.

Opus de Mercurio ad Lunam & ad Solem, quod meis manibus feci.

RECIPE Tartari calcinati ℔. ij. calcis viuæ ℔. j. Misce simul. pone in olla bene lutata in furnum figulorum, vt calcinetur, & efficitur album. Illam materiam dissolue in lixiuio isto sequente: Mitte stare quousq; calx in fundo erit tartarum conuersum in aquã: post distilla per filtrum: post recipe illud lixiuium, & impone ℔. j. calcis ouorum, & j. de calce viua. Fac insimul bullire, vt lapis fiat. Quem adhuc semel pone ad calcinandum vt suprâ, & iterum in lixiuium, & solue, & distilla per filtrum, &

SCD Lyon 1

iterum cum calce ouorum & viua fac vt suprà, & hoc fic ter aut quater. Vltimò recipe lixiuium per filtrum distillatum, & fac bullire, quousque congelabitur. Tartarum illud per se calcinatur per horas x. aut xvj. tunc eum dissolue in oleum, & sic habebis oleum tartari. tunc recipe Mercurium, & sublima eum cum calce viua & ouorum, & sulphure calcinato, ter aut quater: dein imbibe eum nouies cum oleo prædicto, & sublima, & quod remanet in fundo, serua in vitrum. Sed quod ascendit, iterũ nouies imbibe, & sublima, & quod manet, serua: & aliud iterum imbibe, & hoc fac toties, donec amplius nõ ascendat. Tum recipe illum Mercurium, & optimè tere eum, & adhuc semel imbibe: dein solue in oleum in cella humida, & cùm totum solutum erit, impone in vnc. vj. Lunæ foliatæ vnc. j. & pone in fimũ equinum, vt soluatur in aquam, & cùm soluta erit, coagula cum ana ♃ Tingit cvj. ♃ in Lunam.

Ad Solem.

Pro Luna accipe Solem, & in imbibitione Mercurij adde crocũ Martis, vt rubefiat.

Lixiuium sic fit.

Recipe Calcis viuæ,
Ciner. clauel.
Calcis ouorum,
Aquę, omnium quantum satis est.

Fac

SCD Lyon 1

Fac bullire ad ſpiſsitudinem vt ſcis.

Opus Sulphuris ex noſtra operatione.

Recipe Sulphuris ℔.j.
Croci Martis ℔.j.
Colchotar ℔.s.

Pone in ollam deuitreatã, & fac bullire cum prædicto lixiuio, donec bene rubefiat: deinde diſtilla, & feces calcina, & reitera, & hoc fac duodecies, & vltrà, & aliqua pars eius in rubedinem conuertitur, & aliqua pars eius manet alba. Albedo illius diſtillatur per ſe, donec non ardeat: dein cum oleo tartari miſceatur, & fixat Mercurium, eúmque congelabit, ſi bulliatur in eo, & fixabitur per ſublimationem & putrefactionẽ, vt vna pars tingat centum partes. Rubedinem illius olei ſume, & impone Lunam foliatam, & mitte ſtare per ſpatium vnius hebdomadæ, pòſt purga per cineritium, & habebis Solem bonum & optimum. Vel fac in eodem bullire Mercurium, & idem facit (vide lib. Ma.chymicum fol. 39. & in hoc lib. fol. 57. eandem operationem bis & fol. 25. & 86.) Prius Hamelius fecit lixiuium, Sagt wardt auß x. ℔. kaum ein tartarum, ſey ſehr ſcharpff.

De Mercurio.

Recipe Mercurium & tere cum calce ouorum, & fac eum bullire cum oleo tartari, & poſt ſublima eum & hoc fac 50. vicibus, &

SCD Lyon 1

recipe tandem illum Mercurium & imbibe eum cũ oleo Lunæ. Quo facto adde parum de oleo tartari & de ammoniaco ſublimato, ſicut Mercurius: & de arſenico ſublimato ſicut Mercurius, & ſimul omnia coniunge, & pone in flaccum bene lutatum ad ignem lentũ xxiiij. horis, & deinde ad fortiorẽ xxiiij. horis: deinde ad ſummum xxiiij. horis, & per iiij. horas, quaſi maximum ignem, & inuenies lapidem, qui mirabilia facit, & ſolue eum in aquam. Hęc aqua omnia tingit in Lunam. & nota quòd in illa ſoluatur Luna, quantum ſoluere poteſt, & pòſt coagula.

Vt pulueres metallorum in cineres redigantur.

Recipe Pulueris metalli j. quartale,
Boracis,
Tartari, ana quartale j.
& cum oleo tartari imbibe, pòſt diſſolue.

De Stellionibus.

Stelliones ſi diſtillantur per deſcenſum, tũ reddunt oleum, de quo dicitur, quod figere debeat Mercurium, & eum conuertere in ☉.

Aliud.

Credimus cineres ſtellionis ſub nigra forma debent Lunam conuertere in Solem, ſi proiiciantur ſuper Lunam.

Aliud.

Si eis per arundinem funditur in ſtomachum Mercurius viuus, & poſt in ollam & circum-

SCD Lyon 1

circumpone carbones, & perluta eũ, & pòst combure eum & inuenies ibi Mercurium fixum, & est Luna. Aduerte bene de Stellionibus.

De Lacertis.

Quemadmodum præscripsimus de Stellionibus, ita iam de lacertis etiam scribimus, & verè valdè benè notanda est virtus illorũ animalium.

Vt ferrum cum ferro scindi possit.

Recipe porri, raphani, lumbricorum terrestrium. Distilla ex eis aquam, in qua cultellum extingue, donec placet.

Opinio super fixiationem spirituum.

Habemus opinionem, quòd fixatio Mercurij nullo modo melius potest fieri, nisi hoc modo. Recipe albumen ouorum & putrefac illud cum vitriolo, alumine, sale nitri, & colcothar: distilla, deinde distilla iterum & hoc est, &c. Dein cũ tartaro calcinato & cineribus ouorum distilla quasi ter, & hoc est sexies. Dein Mercurium ab colcothar & tartaro calcinato & cinere ouorum imbibe cum oleo prædicto tandiu donec super ferrum ignitũ maneat. Illum Mercurium pone in vitrum & solue in aquam, aqua ista soluit lunam. Et cùm solutum est, pone iterum ad digerendũ, donec omninò conuertitur in aquam. Hanc aquam coagula & proijce, lapidem illum æ-

SCD Lyon 1

reum ſolutum & conuertitur in Lunam. Erit enim ſtabilis in æternum. Quod ſi autem cuperes in rubeum, ſume pro luna aurum & coloratur in rubedinem cum aqua croci Martis. Quære de calce lunæ & arſenico fixo:

Præparatio Tuthiæ ad æternum rubeum.

Recipe viridis tuthię & bene tere eam, & miſce cum ſale, & pone in tigillum ad ignem per 1. diem & noctem bene lutatum, poſtea aperi & dulcifica, & iterum fac vt ſuprà, poſt ſuperaſperge lunam, & rubificabitur in æternum.

Ad fixandum omnes ſpiritus.

Recipe ſalis alcali, vitrioli, ſalpetræ, an. ℔. j. ſalis communis, cineris clauellati, cineris quercini, vitis, aminon, ana. ℔. v. & vj. lib. Tartari calcinati, calcis viuę, alumin. ℔. j. ſuperfunde acetum & mitte ſtare per 3. dies, & ſemper moue inuicem, poſt fac bullire per 1. horam & lutetur, & mitte ſtare 15. dies, ſemper mouendo quinquies in die. Tunc diſtilla per filtrum & ſerua: & potes nouum acetum deſuper fundere donec virtus bene extrahitur, & in illa aqua pone ſpiritū & congela, & ſolue, & congelabitur.

Fixatio ſpirituum.

Recipe ſalis communis præparati, aquæ dulcis, ſalis alcali pręparati, ſalis armon. aluminis, vrinę olei tartari, an. ℔. j. Mellis ℔. v.

Ponati-

Ponantur hæc in fimum equinum in vitro per 8.dies. Post excipe & fac parum bullire successiue & inuenies lapidem album clarũ, quem proijce in acetum, & conuertitur in aquam, cum qua imbibe spiritus & corpora calcinata & sic conuertitur Mercurius in Lunam.

Spirituum fixatio.

Spiritum cum oleo tartari imbibe & deinde oleum ab eo extrahitur vel distillatur: & hoc toties, quoties in igne fortiore manet. (Alibi fol.68.Recip.spiritum sublimatũ &c. & tere super marmor cum oleo tartari, & pone in alembico ad furnum sublimationis, & distilla oleum ab eo, donec bene siccetur: & hoc fac, donec amplius non euolauerit à carbone: postea pone puluerem in phialam & fode in fimum 10.dies, donec consumatur in aquam, postea pone in furno calido cũ paruo igne, donec congeletur.

Nota, quod oleo sulfuris vel salis Armoniaci, aqua vitrioli albi potes spiritum fixare. Ad solem verò cum aqua tartari.

Spiritus quomodo solui debeant.

Funde calcem ouorum & sal alcali Card. Sal ammoniacus in wasser/quam tere & soluitur in aquam. Hæc aqua proijcitur super spiritum calidum vel fusum & pulueri sabitur. Post dissoluetur, & congela, & solue nouies, & fixabitur.

SCD Lyon 1

Fixatio ſalium & ſpirituum vt maneant in igne & fluant vt plumbum.

Diſſolue ſal in acetum & impone ad placitum Mercurium, ſulphur & arſenicum & fluunt ſimul.

Modo de lixiuijs.

Fac lixiuium ſuper modum fortiſsimum & ſuperfunde oleum, & mitte ſtare duos dies & moue ſæpius & conuertitur in lac, quo facto, tenta, ſi manet in igne, & ſi manet, bene eſt, ſin minus, iterum ſuperpone donec manebit & erit fixum. Et hoc fac 7. diebus imbibendo & deſiccando ſuper ignem lentum & fluit vt plumbum.

De virtute olei tartari.

Diſtillabis ex crudo tartaro oleum, valet contra dolorem iuncturarum, ſplenis, & cõſumit omnia Apoſtemata.

Fixatio ſpirituum & tinctura.

Recipe tartari calcinati partẽ j. Aquæ corporis, q.s. Fac bullire & nota quòd imbibatur cum oleo Tartari bene & diſtilla quouſq; ſiccabitur, & reitera & fac toties, quoties in igne maneant. Poſt recipe ſpiritum, tere eum & pone in vitrum ad fimum equinum, per 10. dies & aquam quæ fit inde, deſicca ſuper ignem & ſic fixabitur, & nota quòd cum oleo ſulphuris vel aqua ſalis ammoniaci vel aqua vitrioli albi potes ſpiritus fixare. Ad

ſolem

SCD Lyon 1

ſolem verò diſtempera aquam Tartari cum croco Martis vt ſuprà,&c.

Ad ſoluendum Tartarum in vna hora ſine fornace.

Sume marmorem, ſuper quem pone Tartarum,& fac eum ſtare in aqua quantum poteſt,ne aqua tangat)(& ſic ſoluitur citò.

Nota de mineralibus.

Nota de Alcali,q̃ fit ex lixiuio fortiſsimo ſi minera imbibitur ęris cũ vitro, fixabitur.

Aliud de mineralibus vſtio ſuper omnia.

Recipe Mineræ ℔.iiij.
Salis communis ℔.ij.
Tartari calcinati quartale vnum.
Farinæ ℔.s.
Vitri contuſi ℔.j.
Luti boni q.v.& olei q.s.

Fiat globulus in quantitate vnius pugni. exiccentur,poſt vrantur horas 10. in olla obſtructa,vel cõcauo globulo. quo facto,frangatur & lauetur & cũ lythargirio & anatron imbibatur in Saturno cum vitro ſuperſparſo vel arena ſuperſparſa, per horas 2.vel 3. Poſt fulminetur & nota,quod tandiu imbibatur cum arena,donec nullus fumus aſcendat,tunc fulminetur.

Nota ad ſuperius.

Omnis minera debet prius in Saturno euaporari antequam ad cineritium ponatur.

SCD Lyon 1

Ad mineralia ſulphurea, antimoniaca.

Diſtilla mineralia ſulphurea vel antimoniaca per deſcenſum per horas 6. vel 8 tunc ſulphur per deſcenſum diſtillatur, & minera tenet lunam vel ſolem quod purgatur per plumbum, vt bene ſcis.

Si autem lixiuium ponetur in ollam inferiorem, tunc ſulphur conuertitur in oleum.

Ad ſeparandam lunam à venere in moneta.

Recip. arſenici j. marcf, & ſalpetrę j. marcf. Et diſſolue lento igne gradatim ſucceſsiuè, & cum fluxu ſtans paulatim moneta imponitur ſucceſsiuè, & cum tota moneta impoſita erit, mitte in fluxu per medium quartale horæ, & funde regulum & ſeparata eſt luna à venere. Venus tādem conuertitur in oleum,

Coagulatio Mercurij.

Teſtam oui reple cum Mercurio, pòſt foramen perluta, dein pone in patellam & ſuperfunde plumbum & mitte frigeſcere, dein exhibe & habebis eum coagulatum.

Ad rubificandum arſenicum.

Recipe eum vel citrinum vel album & pone in diſtillatorium & diſtilla ad latus per 3. dies & noctes, & quod concludit foramen, non benè rubificatum eſt, ſed quod fluit in arundine, erit rubeum valde.

Ad rubificandum ſulphur.

Diſtilletur per deſcenſum & prius imponatur aqua in ollam inferiorem, tum adhærebit

SCD Lyon 1

rebit ſulphur & colorabitur in rubedinem.

Ex me.

R. Mercurij ſublimati ℔.ij.
Salis armoniaci ſublimati ℔.j.
Tartari crudi ℔.ij.
Tartari calcinati ℔.iij.

Miſceātur ſimul & ponantur in vitrum in aquam frigidam vt ſoluatur, & cum ſolutum fuerit, imponantur calcis lunæ ʒ.vj. Et fac ſoluere, quo facto coagula & iterum ſolue & coagula.

In Alchymia.

Recip. Olei antimonij, iiij. loth.
Auripigmenti j loth.
Croci Martis j. loth.
Salis nitri j loth.
Floris æris rubificati j. loth.

Imbibantur cum oleo antimonij & exiccentur donec totum oleum ſit imbibitum.
Recipe de iſtis pulueribus ʒ.iij. lunæ ʒ.s.
Stent in fluxu continuo per 12. horas & inuenies in ſeparatione aquarum fortium per ſ.d. de bono auro, aut plus, ℥ per latus ℥ arſenici citrini vel albi ℥ per fuſionem ſulphuris .... lilium. Recipe oleum iſtorum ℥ aurum j. loth. ſulphuris fixi, ſalis ammoniaci ʒ.j. Salis vſti ʒ.ij.

Cementum partis cum parte.

Recipe Boli armeni,
Salis nitri fixi.
Salis communis præparati fuſi.

SCD Lyon 1

Vitrioli rubificati an. ʒ.iiij.
Salis ammoniaci.
Floris æris an.ʒ.j.
Aeris vsti,
Lapidis calaminaris rubei an.℥.j.

Imbibantur pulueres cum vrina, & cementetur pars cum parte solis & lunæ horas 12. post stet in fluxu per 6. horas. Reiteretur ille labor cementando ter & habebis solem 24. graduum in omni examinatione.

Gratia Dei dedit.

Recipe vitrioli Eisenrost,
Floris æris,
Salis ammoniaci ana. quartale vnum.
Ematites ij. loth.

Fac simul in vitrũ bullire & exiccare in puluerem, tere subtiliter & pone in fimum vel cellarium vt soluatur in aquam. Hãc aquam coagula in puluerem, post Recipe j. theil auri ij. vel iij. theil argenti. solue & proijce huius vnciam dimidiam super vncias viij. in fluxu proiectum, & quantò melius vritur, tantò melius erit.

Cementum super sole valde bonum.

Recipe venerem calcinatam, vitrioli calcinati vsque ad griseum colorem, salis communis fusi. cementetur sol in eo 12. vel 6. vel 8. & gradabitur ad summum.

Oleum fixum.

Recipe Salis nitri & calcis viuæ ana. vratur

SCD Lyon 1

tur j. hora bene, post dissolue & filtretur & & coagulabitur. Similiter fac cũ oleo tartari. Recip. amborum ana. solue in balneo vel in fimo.

Solutio auri à Marcasitis oder Kis oder schlich.

Recipe Antimonium x. loth.
Sulphuris communis,
Tartari crudi ana. iij. loth.
Salis communis fusi ij. loth.
Fluant simul in massam nigram, mitte simul cum Marcasitis fluere & funde regulum & purga per cineritiam.

Proiectio Lunæ.

Recipe Marcasitæ aureæ, stibij an. Funde simul in fusorium 27. ex fusorio extinguitur in alcali forti, & proijce tandem successiuè & inuenies multum de sole in separatione aquarum fortium.

Fixatio antimonij.

Recipe Antimonij ℔. j.
Salpetræ ℔. s.
Mitte simul fluere in tigillo & erit fixũ. Nec vlterius aurum nec argentum consumit nec euolat ab igne & est rubeum.

Aqua dans pondus Soli & Lunæ.

Item si vis cypho argenteo vel auro dare pondus.

SCD Lyon 1

Magnum secretum.

Recipe Calcis corticum ouorum ℥.ij.
Salis ammoniaci v.loth.
Ista simul misceantur impastando, & ponatur ad locum humidum vt soluatur, post per filtrum distilla, postea extingue in ea aurum vel argentum tricies & habet pondus.

Albatio bona stabilis in igne & in examinatione plumbi.

Recipe, Mercurij sublimati ℥.iiij.
Arsenici sublimati
Lunæ calcinatæ an.℥.ij.
Salis ammoniaci ℥.viij.
Et sublima ter vel quater, post habeas clara ouorum cocta q.s. Et terito totum insimul, donec totum dissolutum fuerit, postea distilla per alembicum & congela, & si post dissoluuntur in balneo, plus valebit & de hoc cadit j. pars super 100. partes cupri purgati vel stanni vel mercurij.

Super mineras non fixas.

Recipe Mineræ non fixæ,
Salis communis
Farinæ an. contundantur simul & madidentur & fiat massa spissa exiccata ad ignem in fluxu ignis ponatur, post teratur & lauetur & fulminetur.

Der zincken.

Ponatur & superspargatur de puluere talck & pro-

SCD Lyon 1

& proijce, dum ſtat in fluxu & fixabitur.

Ad retinendum zincke.

Recipe Eum & tere eum & inuolue ipſum in globulum luteum inſtrumentum concauum, & benè lutatum, ſimul pone ad ignem horas 8. poſt imbibe in plumbo & purga per cineritium.

Ad bonum lutum.

Recipe Talck ex fornacibus balneatorum & tere eum & pone in lutum, tenet lutum vt ſæpius maneat in igne.

Modus calcinationis Mercurij & præparationis Mercurij cum Marcaſitis.

Recipe Salis nitri,
Aluminis calcinati, ana lib. j.
Fiat aqua fortis, nec magis nec minus impẽdetur, pòſt recipe marca-ſitam pulueriſatam & pone eam in phialam cum 6. lotonibus Mercurij & ſuperfunde aquam fortem prædictam & ilicò lutetur phiala cum cera ſigilli: Et cum Mercurius ſe ceſſat mouere & ſaltare, tunc laua bene eum & exicca & cum eo Recipe Tartari calcinati & lithargirij an. ij. theil. Et omnia ſimul miſceantur, & mitte fluere bene ſimul, poſt per cineritium.

Ex Marcaſita aurea fit ſol, ex argentea argentum.

SCD Lyon 1

Ad prædictum opus proba super Marcasitam.

Recipe Marcasitam & pone eam in tigillū cum Mercurio & super carbones. Sic Mercurius fit durus & rubeus, & marcasita fluit, tunc valet.

Alia ad superius.

Pone eum in plumbum prius lotum, & si sustinet per plumbum quod fit durum vt luna, & cùm percutiatur, vt scindatur, valet, prædicta Dominus Leonhardus Sems.

Nota.

R. Cinnabaris ℔. j.
Sulphuris arsenici
Tartari calcinati ana. quart. j.
Alcoli fuliginis
Salis præparati bis ana. ℔. s.
Salpetræ ad pondus omnium.

Misceantur & terantur & imbibātur aliquoties cum aqua ouorum vel albumine tartari, stent in fluxu tres horas, post accende & post ad mixtionem fac fluere 4. horas igne fortissimo, post ablue & purga per cineritium & habebis Thesaurum mundi.

De zincken.

Recipe aquam fortem in qua Luna sit soluta, quam imbibe zincken & post per cineritium & schlacker in vitro imbibe & fulmina.

Ad mineralia quæ non facilè fluant.

Extrahe alcali ex capite mortuo cum quo alcali

SCD Lyon 1

alcali omnis minera ſoluitur per vim.

De mineralibus ex arſenico.

Recipe & tere bene, & lutetur in lutũ per vicediam, pòſt & vre in igne donec fumus ceſſabit, tunc ſublimetur.

Aliud.

Recipe Luti & mineræ ana. Fac globulum in quantitate fabæ, & ſucceſsiuè imbibetur in Saturnum & poſt fulminetur.

Aliud ad augmentandum mineralia.

Recipe Mineræ & luti ana. Miſceantur & ponantur in ollam, & lutentur bene, & vres tres dies & noctes, pòſt fulminetur & augmentabitur.

Ad ſulphurea mineralia antimoniaca.

Recipe Mineræ ℔.j. Salpetræ ℔.s. vre per horam, & poſt laua. reduc in plumbum cum lythargirio, & poſtea per cineritium.

Nota.

Recipe Veneris lamin. xij. partes, Iouis laminati j. part. poſt hoc fac puluerem talem:

Recipe xxiiij. ℔. Sulphuris ℔ß. iij ℔. Caput mortuum. j. ℔. Sulphuris. Tere cũ prædictis laminis. & huius pulueris ſtratifica binies, diſtilla in furno venti. Fiat puluis niger, poſt ſeud es ahn cum media parte ℥. & funde regulum, & coniunge ſibi vj. loth Lu-

SCD Lyon 1

næ in magno cineritio luminis & habebis Lunam tuam & xv.loth in cineritio.

Reductio mineræ.

Recipe Mineræ ℔.j.Minij ℔.j.Fac stare in fluxu mediam horam,post infrigida,& recipe cum lithargirio ana, imbibe in Saturno, & fulmina.inuenies drachm.j Lunæ,& plus quàm dimidiam vnciam auri puri. Schlacken magis valent.

Digestio Lunæ.

Recipe Aluminis ℔.v.
Salpetræ,
Vitrioli ana ℔.iiij.
Viridis æris vnc.iij.
Cinnabaris vnc.ij. Fiat aqua fortis.
Pòst recipe Cinnabaris,
Mercurij crudi,
Vitrioli rubificati ana ℔.xv.
Super illa recepta fundatur aqua fortis præscripta. & distilla,& tandem purgetur. Item illius aquæ recipe ℔.iij. & soluentur in ea duæ marcæ Lunæ,pòst stet in cineribus xxx. dies,& inuenies vnc.iij de bono auro.

Aqua figens Mercurium,& est verum.

Recipe Salis ammoniaci,Alcali,Salpetræ ana. Imbibe cũ vino adusto & distilla.Hæc aqua figit Mercurium,& est verum.

Digestio Lunæ.

Recipe plumbi lotones viij. Dissolue, & vt

vt parum fluit, impone lotiones viij. ℞ viui. puluerisa, imbibe cũ oleo tartariin pastam. Terantur magis, pòst recipe Sulphuris fixi, pòst recipe prædictum amalgama totum in rigillo, & superpone sulphur fixum viij. solue bene, misce, pòst effunde, & pulueriza, & iterum imbibe cum oleo tartari ter: deinde solue vt prius. pòst recipe ij. loth purgatæ Lunæ, & supersparge j loth de puluere prædicto succesiuè, & inuenies ij. gran. schwer gut goldt.

Ad faciendum lumen sine igne.

Recipe Cantharides & putrefac in fimo, & distilla. Illam aquã pone in concauum crystallum, & erit lumen sufficiens ad legendũ.

Separatio auri à cypho.

Recipe Tartari calcinati albi vnc. j. Salis ammoniaci vnc. ij. Fiat oleũ in cellario: deinde fac bullire radices pyrethri in aceto diu, & sumatur de oleo & aqua ana, &c. ponatur in cyphum. *Nota.* Sulphuris subl. alibi, &c.

Pro cineritio.

Recipe iij. theil Cineris, ij. theil Lateris triti & colati. Iterum recipe cineres iij. theil. Salis fusi & bulliti cum clauellis j. theil. 52. loth. Facit in quantitate vnius talenti.

Ad indurandum ferrum supra modum.

Distilla aquam ex raphano & lumbricis, & extingue bis vel ter, & gemmæ sculpuntur cum ipso.

SCD Lyon 1

Ad album & rubeum.

Recipe Vitrioli Rom. ℔.j.
Salpetræ ℔. vj.
Cinnabaris vncias iij.

Diſtilletur vt aqua fortis, ſed ſecundam aquã, quę eſt crocea, collige & diuide in duas partes, & in prima parte ſolue vnciã j. Mercurij ſublimati, & in altera vncia j. Lunæ limatæ. Mitte ſoluere, & claude bene. Quo facto diſtilletur per alembicum ad eius tertiam partem igne lentiſsimo, poſt vitrum bonum pone in terram humidam & frigidam per dies xv. Tunc materia prædicta cadit ad fundum in modum lapilli lucidi & cryſtallini. pòſt per filtrum abſtrahe aquam vt lapilli maneant, & pone illos in vitrum clauſum optimè, lutatum, per v. dies in fimo, & ſoluetur in aquam.

Recipe iſtam aquam & pone in alio vaſe, & pone vas in aliam terram cum medietate lucis, & fac ignem ſubtus lentiſsimũ ad modum candelæ per ſpatium trium dierum, & indurabitur iſta aqua in lapidem. Tunc recipe iſtum lapidem, & pulueriza ſuper marmore purificato, & in vitrum ſub fimum calidum per xxx. dies, & iterum diſſoluetur in aquam. & iterum congela ad ignem modo prædicto, & iterum ſolue ſub fimo vt anteà, & tandiu diſſolue & congela, donec ſoluatur in vna die. Et tunc poteris magis congelare, vidi & ſoluere. Et erit aqua quæ congelat

lat Mercurium in veram Lunam ad omne iudicium, & cadit 1. pars ad 1000. Mercurij.

Et si vis multiplicare.

Recipe aquam prædictam fortem, & in tanta quantitate, quod poteris in ea soluere xl. vnc. Lunæ laminatę, pone in vno vase per se, & tantundem Mercurij sublimati per se in alio vase, & dimitte donec soluātur in aqua prædicta: & in aquam prædictam pone vnciam j. prædicti elixiris, quod stetit per xij. menses ad faciendum. & hæc omnia pone in vase vitreo bene clauso sub terra in loco frigido & humido per nouem dies, & omnia descendunt ad fundum vasis in forma lapidis chrystallini. Tum extrahe aquam per alembicum modo prædicto, & pone lapides in fimo calido per nouem dies, vt suprà, & dissoluentur in aquam. Et scias quòd ista aqua Lunæ & Mercurij, & vncia j. medicinæ debet esse viij. Et erit crocea medicina quæ cadit pars vna super mille. Ad Solem sic fit:

Recipe Vitrioli Rom. ℔ j.
Salpetræ ℔. s.
Cinnabaris ℔. s.

Distilla vt suprà secundam aquam præparatam. In vna solue Mercurij viui quantum vis, pòst abstrahe aquam per alembicum. remanebit Mercurius in fundo calcinatus, quem in igne, vt scis, vras, & erit vt sanguis, (fortasis soluitur in aqua forti, & rubeam

SCD Lyon 1

facit.) Hoc facto recipe vncias viij. ipsius aquæ rubeæ, & vnc. j. medicinę prædictę. quę posuisti in ea descenderunt ad fundum vasis ad modum lapidis crystallini. Tunc extrahe aquam per filtrum, vt prius & lapides remanebunt in fundo. Tunc recipe prædictos lapides, & pone in vase vitreo bene clauso sub fimo calido per ix. dies & soluetur in aquã. Hæc medicina 1. pars super 1000. Merc. viui.

Aliud bonum.

Fac amalgama ex Mercurio optimo loto valde iij. part. & Lunæ bonæ j. part. pòst laua, vt nigredo totaliter cõsumatur, valde bene & cum sale & aceto: quo facto, tere amalgama super lapidem, & exicca, pone in vrinali inuolutum in panno lineo, prę suppone alembicũ, & ad cineres in furnellum, & fac ignem carbonum temperatum, ita quòd vrinalis superiora cum manu potest tangere, & sic toties decoques & teres, donec sit bene nigrum, & hoc est bonũ signum: dein laua cum aqua salis communis bene pura toties ꝙ nulla nigredo appareat: dein iterum tere, coque, laua, & sicca super pannũ lineum, & hoc fac toties, donec nulla nigredo appareat: dein pone ad sublimãdum in vitrum, & ascendit ad latera vitri, & simul etiam Luna, & dimitte infrigidari, & iterum iunge omnia simul, & tere, & incoque duodecies: dein pone in vesicam cũ collo longo tomacto sale ammo-

niaco

SCD Lyon 1

niaco ſublimato, & tere cũ dicto amalgama, & fit ſal ammoniacum ſolutum in aqua calida, melius in aqua vitæ, poſt lutetur veſica, & ſolue in fimo calido, & omni hebdomada renoua fimũ vt materia ſit bene ſoluta, & eſt Elixir. Poſt in vrinali mitte euaporare, & aqua cùm euaporata fuerit, fortifica ignem, vt totum ſal ammoniacum aſcendat, & medicina remanebit in fundo fixa. Tunc remoue ſal ammoniacum, & medicinam congela igne lento, ſicut Sol eſt per multos dies, & factum eſt. Si vis dictum elixir multiplicare, pone part. 1. ſuper 100. part. Mercurij viui mundificati & calefacti in crucibulo, & fac in medietate ignem magnum ad fuſionem, & fit Luna frangibilis, de qua ſi ponatur pars 1. ſuper 100. partes ☿ viui erit ☾ puriſsima.

Oleum rubicundum ſi cum faciens ex Luna Solem, & carbunculus ex eo fit.

Recipe Croci Arabici,
Calcanthi,
Arabici viridæris,
Lythargirij,
Stanni calcinati rubei ana vnc. iij.
Sulphuris viui,
Arſenici citrini,
Subl. calc. rubei ℔. ij.
Salis ammoniaci præparati,
Salis petræ diſtillati & rectificati cum oleo animalis diſtillati rubei ℔. ij.

SCD Lyon 1

Incerantur simul, & cùm bis inceratum fuerit, mitte ad soluẽdum, donec soluetur aqua pura rubea. tunc distilletur per alembicum, & cum illa aqua imbibe & cera argentum viuum prædictum, & tunc solue, & distilla prædicto modo, & cera in eo sulphur & arsenicum, & dimitte ad soluendum & distillandum, donec clarum distilletur & rubicundum, coagulat ipsum in vase coagulationis, & cùm coagulatum fuerit, tunc cera vt suprà. Inceramus super ignem leuem cum oleo animalis ingredientis, donec fundatur vt cera. Tunc infrà proiice vnciam j. super c. partes Lunæ aut Iouis. Et si Mercurius aut aliquid est in eo, extinguas, & coagulabitur, efficitur aurum melius naturali. Multæ laudes fuerunt de hoc oleo scriptæ. Et ex chrystallo facit carbunculos.

Cementum bonum imbibitur cum vrina.

Recipe Lateris ij. part. Salis j. part. cementetur cum eo Luna, vt scis, quater. Primò totum perditur & reducitur, reitera post 2 le y. & quod manebit, erit fixum.

Gradatio Lunæ.

Recipe Salis Armoniaci vnc. j.
Aluminis Iameni vnc. j.
Floris æris vnc. ij.
Vitrioli Rom. vnc. s.
Salpetræ vnc. s.
Tuchiæ vnc. j.

Fiat

SCD Lyon 1

Fiat aqua fortis, pòst feces pulueriza bene, & dissolue j.part. Solis, & j.part. Lunæ, & proiice dimidiam drachmam desuper. Post granulatur per sturbam in aqua forti prædicta, & sic habebis aurum in omni proba ad xxiiij.gradus sine dubio.

Aqua perpetua.

Recipe Calcis ouorum. dissolue cum albo ouorum per tres hebdomadas. Hæc aqua posita super laminam æream ignitam, perpetuum candorem accipiet.

Alio modo.

Solue calcem ouorum cum alumine lameno & zucharino, & sale communi. Distilla per alembicum semel, & est ad Lunam.

Aqua pretiosa.

Recipe Salis nitri,
Salis ammoniaci ana vnc.vj.
Mellis cocti despumati vnc.v.
Vrinæ pueri vnc.xv.

Misceantur, pone in furno per duos dies, dein congela vno die, & solue, & erit aqua perfecta, quæ congelat Mercurium purgatum, calefactũ, & transmutabit æs in bonam Lunam.

Aqua fortis dicta oleum Philosophorum.

Recipe Vitrioli Rom. Salis nitri ana part.

SCD Lyon 1

j.pulueriſentur, & commiſceantur cum carbonibus tiliæ & madefactum cum aceto, & hoc tere, pòſt ſolue, & diſtilletur, & erit aqua ardens.

Ad Solem.

Diſſolue Cinnabrium cum aqua ſalis ammoniaci, vitrioli & ſalis nitri, toties quoties perfectè fixatur & rubefiat, quod fit in tribus vel quatuor diſſolutionibus, quod pone ad ſublimãdum cum tantundem de ſale ammoniaco, & reitera ſublimationes donec fundatur, quod diſſolue in aceto, in quo in balneo diſſolutum fuerit alumen plumoſum, donec fluat ſicut cera, cuius pars tingit Lunam præparatam.

MERCVRII CORPORALES.

Subtilis reductio corporis in ſpiritum.

Recipe Arſenici & ſolue eum in aqua forti: tum recipe Lunam, & ſolue. tandem coniunge, & cola vt ſcis, & ſublima arſenicum à corpore, & erit quaſi maſſa, illam pone in locum humidum, & ſoluetur in Mercurium.

Mercurius corporalis.

Recipe cuiuſcunque corporis vis, Arſenici ij.part.pulueriza, pòſt ſublima, dein pone in aquam calidam, & exibit Mercurius.

Mercurius corporalis ex metallis.

Recipe Metalli cuiuſcunq; part.j.Arſenici purgati

SCD Lyon 1

purgati & albi aliam partem. Fac laminas subtiles & tenues, & stratũ super stratum, & lutetur optimè, & regatur primũ lento igne, & successiuè fortiori, quousque incipiet fumigare. Tunc citissimè funde in aquam frigidam, & inuenies Mercurium.

Mercurius ex Ioue & Saturno.

Fac stratum super stratum cum calce viua & metallo, & ponatur in sublimatorium, & pone in ignem, & sublima vt scis, & ascendit Mercurius adhærens alẽbico, & viuificatur.

Mercurius corporalis ex Saturno.

Solue Saturnum, & impone salem, & moue donec conuertitur in puluerem, post cum aqua calida ablue & sicca, post in vitrum, & superfunde album & calcem ouorum, & aquam salis ammoniaci. Lutetur, & pone in fimum equinum 2. dies, & exime & habebis.

Mercurius Saturni Homelij experimento.

Recipe laminas Saturni tenues, stratum super stratum cum sale communi in olla, fode octo diebus in terram, dilue aqua communi, pars Mercurij viui inuenietur statim, reitera reliquum.

Mercurius omnium metallorum.

Recipe Salis armoniaci, Floris æris, Vitrioli, & laminas cuiuscunq; metalli, fac stratum super stratum, & sublima. Illud sublimatum ponas in acetum, & inuenies Merc.

SCD Lyon 1

viuum, & hoc fac toties donec laminæ totæ conuertantur in Mercurium.

Mercurius ex omnibus corporibus.

Recipe calcis cuiuſcunque metalli, & ponatur in aceto in quo ſint duæ partes calcis corporis, & vna pars ſalis armoniaci, & ponantur in fimum per ſeptem dies, & corpus fit Mercurius. Si cum eo fit amalgama cum Luna vel Sole, quod ſimul figetur & cum eo figitur Mercurius naturalis paulatim perpetualiter.

Mercurius corporalis.

Recipe Saturnum & diſſolue in tigillo, & cùm ſolutum fuerit, ſuperſparge ſalem ammoniacum, & moue cum ſpatula donec pulueriſetur. Poſt proiicce puluerem in aquam bullientem, & ſal ſoluetur in aquam, pòſt plumbum puluariſatum in fundo deſicca, & cum albo ouorum, pone in vitrum lxij. dies, pòſt depone aquam, & inuenies Mercurium currentem in fundo.

Alio modo.

Recipe Sulphuris & olei lini quantum ſatis eſt. & fac bullire donec fiat ad modum hepatis, & impone laminas Saturni, & conuertitur in Mercurium tribus diebus.

Mercurius corporalis ex Luna.

Recipe laminas Lunæ fulminatæ, diſſolue

SCD Lyon 1

ue in aqua forti, & abſtrahe aquam fortem per alembicum, & calcem cum aqua dulçi la ua donec dulcoretur. pòſt fac archã & impone cũ eo ſal ammoniacum & alcali, & oleum tartari. Hæc ſimul miſce ſuper marmor, & tere bene vſque ad tres vel quatuor horas. tunc lucratur corpus animam: animam autem iſtam diligenter collige, & quatuor elementa. *Et eſt fundamentum de quo omnes Philoſophi ſcripſerunt.* Sed ſi nõ potes tandiu terere ſuper marmor, tum poſteaquam duos dies triuiſti, & anima non vult de corpore, tunc ſimul pone in vitrum, & pone in fimum quatuor hebdomadas, poſt pone vitrum in capellam, & abſtrahe aquam ab illa donec conſumatur humiditas. Fortifica ignem & aſcendit aqua benedicta, quam diligenter collige, & ſi aliquid in alembico remaneret, depone cũ penna. & quod ſi corpus totaliter non abſtractum eſſet, tum adde magis de oleo tartari & cum aliquibus ſimplicibus, vt prius, pone in vitrum, & bene tere. & pone in vitrum in fimum octo dies, & totum extrahetur.

Mercurius corporalis ex Saturno.

Recipe Saturnum, & pone in patellam, & cùm parum diſſoluetur, moue bene cum ſpatula ferrea, pòſt diuidatur in partes minutas, & inſaliatur cũ ſale. Cùm factum eſt, iterum ponatur in patellam, & iterum parum fac diſſoluere, & ſuperfunde aquam calidam, &

SCD Lyon 1

attrahit ad se aquam. Post recipe calcem de marmore factam, & pone in vitrum adiunctum, & bene perluta, & pone in fimum equinum, & mitte stare spatium mensis, & semper per hebdomadam renoua fimũ & transmutatur in Mercurium.

Ad conuertendum Solem album in Aloth.

Recipe Olei vitrioli per descensum, Olei tartari calcinati, & Sal ammoniacũ, ana. Misce. intus pone calcem Lunæ, & pone in phiala stricto ollo in fimum equinũ vel ad balneum Mariæ per 4. septimanas, vt putrescat. post aperi vitrum, & tantùm de sale ammoniaco trito, & sale alcali in pondere olei vitrioli, & iterum putrefac vt prius 4 septimanas, & corpus totaliter in Aloth cõuertetur.

Mercurius corporalis.

Solue Lunã in aqua forti, abstrahe phlegma vsq; ad spiritus, affunde nouam aquam fortem, id fac ter, postea siccetur, vnd thue dazu so schwer der vier salia, &c. vt suprà ad verbum.

Bartholome Doctor.

Recipe Vitriolum, Salpetræ, Alumen. Fac aquam fortem vt scitis, & tunc recipe caput mortuum, & extrahe eius salem per aquam communem. Reuerbera caput mortuum secundò, & iterum extrahe salem. Id fac toties, quò sæpius, eò melius. Postea recipe residuã terram,

SCD Lyon 1

terram, & superfunde aquam fortem, & mitte stare per vnum diem, & tũc pelle per alembicum in illa aqua forti, solue Lunam. Abstrahe p alembicũ, in balneo phlegma. pòst recipe bonũ sal alcali, quod reuerberatum, solue in oleum, pòst recipe oleum bonũ tartari, pòst sal ammoniacum solutũ, qui prius sexies fuerit sublimatus Recipe illa tria olea ana, reib den kalck damit ab/thuts in ein köbel/güß die olea darüber ein fingers hoch/pone in fimum equinum 15. dies, dañ setzt ad cineres, & pelle primum leuiter, postremò fortiter, ita ascendit puluis albus, fortassis ex marca Lunæ ad vnc. ij. dz macht lebendig mit brandten wein/ oder sunst.

Bischoffs von Straßburg.
vis,& moue bene. Pòst recipe salis alcali partes duas, salis communis partem vnam. Et simul misce vt oleum vnum digitum supernatet. Lento igne distilletur. Pòst in frigida: & accende, si ardet, nõ sufficit, sed reitera donec non ardet & factum sic est ad rubificandum chrystallum.

Fixatio Mercurij.

Sublimetur cum calce viua, donec valet.

Ad deaurandum.

Vitellus ouorum distilletur: conuertitur in oleum rubeum quod deaurat monetam & durat omne tempus.

Sal armoniacus.

Recipe salis armoniaci ℔.j. superfunde acetum & vrinam & distilla per filtrum & adde fumum sublimatum ℔.x. Et fac bullire & desiccabitur & iterum superfunde vrinã vt consumantur xx. mensuræ. Dein aqua pura addatur & soluatur & accipe claram aquã & feces depone & fac bullire & desiccabitur in sole vel in vmbra.

Sal borax.

Recipe tartari calcinati. Superfunde aquã calidam & funde per saccum donec capitellum clarificatũ est. Pòst recipe salis communis cum aqua dissoluti & adde part.j. istius & post fac bullire in patella ferrea, quousq; inspissatur. Dein in olla & desicca donec frangitur & habebis boracem. vitrum adde.

SCD Lyon 1

Alio modo.

Recipe crudum tartarum tertiale j. cribra bene & adde ſalis communis præparati ſex partes. Et fac bullire medium diem, donec in aquam conuertitur. Infrigida & diſtilla per filtrum, pòſt fac aquam bullire donec induratur & habebis optimum Boracem.

Sal Borax pro aurifabris.

Recipe Amidi part. j. Maſticis, Sulphuris ana partem vnam. Recipe partes duas & pulueriza & fac bullire donec inſpiſſatur. Pòſt pone in vitrum ad putrefaciendum quatuor hebdomadas & habebis Boracem.

Sal Borax.

Recipe tartari calcinati ℔.s.
Calcis viuæ ℔.ij.
Ciner. clauellat. ℔.j.
Tartari crudi ℔.j.s.
Salis communis præparati ℔.vj.
Fac ſimul bullire omnia ad capitellum fortiſsimum, poſt per filtrum diſtilla & coaguletur, fit Borax optimus.

Lazurium.

Recipe Salis armoniaci partem vnam, ſulphuris partes duas, Mercurij partes duas, Amalgama & fac vt ſuprà de cinnabrio donec fumus purpureus aſcendit & ceſſa.

Aliud melius.

Recipe lapidis Lazuli. Et calefac eum & tere

SCD Lyon 1

tere & pòſt recipe picis abietis duales, ſæui hircini, olei laurini, diſſolue ſimul.

Aliud.

Recipe ſalis armoniaci & pulueriza eum & amalgama cũ 4. partibus Mercurij & pone in vitrum bene perlutatũ. Et ſublima per horam vnam. Pòſt gradatim augmenta, vſq; ad fumum citrinum. Dein iterum paruum: Poſteà inuenies lazurium in fundo.

Aliud.

Recipe Sulphuris, Mercurij, Amalgama vt ſuprà. Et ſublima.

Flos æris.

Recipe Limaturæ veneris, vrinæ, & ſalis armoniaci ſimul miſceantur & deſiccetur & iterum imbibatur.

Cinnabrium.

Recipe ſulphur & diſſolue vnam partem & Mercurij partes duas. Pòſt infrigida & pone in oſſam deuitreatam & ſublima, ſed aſcẽdit in primo fumus purpureus, dein rubeus, dein ceſſa.

Ad faciendum marmor.

Recipe calcis viuę & cum vino extrahe lixiuium. Cum quo imbibitur ſilex calcinatus & tritus & poſtmodum coloratur & poteſt colorari.

Coralli ſic fiunt.

Recipe Minij part. j. Cinabrij part. ſemis.

SCD Lyon 1

Calcis viuæ,
Calcis silicis an. part.v.
Lixiuij prędicti & album ouorũ quantum sufficit.

Formentur. Adde de sale quantum vis, & in fine bulliant in oleo lini.

Corallia factitia.

Reciqe gypsi boni partes duas,
Calcis puræ partem dimidiam,
Minij & cinnabaris ana. partem j.
Albi ouorum q.s.

Formentur & exiccentur.

Perlæ ex creta.

Pone cretam in igne donec frangitur. Pòst cum albumine ouorũ distemperetur & formentur. Dein indurentur, posteà iterum madefaciendo cum sputo, dein superalbatur cũ tabulis argenteis, dein puluere subtili indura in sole vel super carbones, vt vis.

Ad faciendum Margaritas meliores naturalibus.

Recipe matrem perlarum, pulueriza optimè, post recipe farinæ pulchræ. Misce & distempera cum Meyenthauw. Formentur ad placitum. Post columbis esurientibus da comedere. Post merdam earum lauabis & inuenies eas pulcherrimas, &c. sed nota quòd per triduum columbæ non debent comedere.

Alio modo.

Recipe matrẽ perlarũ. Fac bullire & laua bene

SCD Lyon 1

bene. pòſt recipe cryſtallí ana. pulueriza optí mè, & diſtempera cum albumine ouorum. formentur, & exiccentur. pôſt fac bullire in oleo lini bene, & poſtea laua cum vino albo. pòſt ſiccentut in Sole, vel igne.

Nota ad Lunam.

Recipe Arſenici, Mercurij ſubl. ana partē, & per ſe ſublimetur. Ad pondus eorum Calcis viuæ. imbibe cum aqua ſalis ammoniaci fixi: deinde incera & aſſa, ſublima ter, & ſerua in vaſe concluſo. pòſt deſicca eum & proilce de ipſo partem j. ſuper xxv. Veneris purgatæ, & fiet Luna.

Rubeum.

Recipe Aceti fortiſsimi ℔. iiij. non diſtillati, in quo pone ♃ j. atramenti, & diſtilla ad modum aquæ fortis, & in fine cum fortiſsimo igne, vt aſcendant ſpiritus. Recipe de iſto aceto part. iiij. & pone in caſtam vitri, in qua pone part. j. limaturæ Martis, & moue cum baculo, & medicina incipit bullire ſine igne, & ſic dimitte ſtare in aliquo loco, & videbis eleuari pelliculam vnam innatantem deſuper, & collige, & pone ad partem, & iterum moue dictam materiam cum baculo ad horam j. & iterum collige pelliculam, & fac donec ſatis, & materiam iſtam citrina vt aurum pone in lutatū crucibulum optimum, ad calcinandum per 12. hor. pòſt accipe, & tere, & diſſolue in alio aceto nouo, vt ſuprà,

SCD Lyon 1

& iterum collige, vt dictum est, pelliculam natantem desuper vt suprà, & iterum dissolue vt suprà, & calcina vt suprà, & hoc tribus vicibus. pòst dissolue in aqua forti, quæ dissoluit aurum, & reduc aquã desuper tribus vicibus, & tũc est medicina tingens Lunam in Solem, vt suprà, pars ipsius medicina cadit super 200. part. Lunæ.

Aqua ardens, vel aqua Mercurij.

Recipe Salis ammoniaci ℔.s. Tartari, Sulphuris viui q.s. Salis communis ℔.j. j quartale vini albi boni. Pone bene perlutatum in vase, & vre lento igne (forsan est durè) serua illam aquam ne à vento tangatur. purgat enim metalla, & conuertit Mercurium in bonam Lunam.

Aqua Sulphuris.

Recipe Sulphuris ʒ.j. Salis petræ iiij ℔. j. ʒ. Pone in ollam bene lutatam, & pone in cineres per 24 horas. pòst excipe & puluerisa. Tunc istius ʒ.j. aquæ puræ ℥.iij. & simul misce, & aqua vertitur in rubeum colorẽ, cum ista aqua potest colorari moneta in Solem pulcerrimum.

Aurum Musicum

Recipe Stanni, Sulphuris ana j.ʒ. & amalgama, & puluerisa. pòst laua cum lixiuio, dein cũ aqua pura, donec nihil turpis exeat. pòst sicca. Pòst recipe ℔.ij. Mercurij viui, & tantum

SCD Lyon 1

tantum ſalis ammoniaci, & mortifica Mercurium cum aceto, & laua ſimul vt ſuprà: deinpone ſimul ad phialam perlutatā, vt vitrum plenum ſit ad medietatem, vre in arena per horas quatuor, donec videris aureum fumum aſcendere.

Mirabilia Antimonij.

Recipe Antimonium, & purga eum cum tartaro calcinato. & fac pòſt aquam fortem, ſolue in aqua, & congela, (in aqua forti vel per ſe) & erit oleum inconiungibile (oleum vel lapis) vt vna pars ſuper tres partes Saturni, & erit argentum in omni examinatione perfectum.

Aqua mirabilis ardens.

Recipe vinum rubeum antiquum, & pone in ollam deuitreatam, vnam partem Auripigmenti, dimidiam partem Sulphuris viui, & quartam partem calcis viuæ. Miſce ſimul. pòſt diſtilla per alembicum roſaceum, & factum eſt.

Virtutes huius aquæ.

Qui digitum ſuũ imponit, ardet vt lux. Similiter pannus impoſitus ardet vt candela, & ab aqua non ſuffocatur.

Augmentatio.

Fac amalgama de Mercurio & Luna: deinreple tigillum cum calce viua: deinrecipe ſalis Alcali, & Lythargirij ana. Fac ſtratum

ſuper

SCD Lyon 1

ſuper ſtratũ, & dein fac ſtare per diem & noctem, dein fac fluere.

Super Venerem rubeam.

Recipe Fabarum puluerisatarũ & Tartari crudi ana. & plus de Tutia quàm vnum istorum est, & misce simul omnia bene, & fac stratum super stratum cum laminis Veneris, quę per noctẽ iacuerunt in aceto, & funde stratũ, & fac formare vbi potest fundi, & videbis.

Calcinatio Iouis & Saturni in album.

Fac stratum super stratum cum calce viua, & prædictis metallis, & cemẽta per noctem, & pòst recipe & dissolue, & funde in lixiuiũ de calce viua, aceto & cineribus vinearum, & erit vt Luna.

Corpora calcinata reducere in primam materiam.

Recipe huius metalli ʒ.j. & & ij. ℔. de Borace de tartaro. Pòst funde simul, & pone in vase ferreo, & erit vt Luna, quod facilè Sol & Luna fieri potest, sed in primo cum oleo tartari imbibitur.

Calcinatio Solis & Lunæ.

Recipe de limatura Solis, pone in aceto per nouem dies: dein pone in aqua salis ammoniaci. imbibe bene, pòst desicca, & hoc fac donec placet.

Diabolus in Alchymia.

Solue, fige, coagula, & reitera.

Aqua

SCD Lyon 1

Aqua Salis alcali.

Recipe Alcali & Salis ammoniaci, & calcis ouorum, & tere cum bono aceto, & dissolue simul.

Purgatio Sulphuris.

Recipe Sulphur tritum, & superfunde acetum & vinum, & fac bullire per diem, & despuma: dein superfunde vrinã, & fac bullire per duas horas. & sic fac, donec cessat spumare. & quod corporis erit, non natat in vrina, sed clara fit vrina, & sufficit.

Sublimatio Sulphuris & fixatio, vt fiat album.

Recipe Sulphuris quantũ vis. tere. superfunde acetum. coque tandiu vt pinguedo eleuetur, & depone. Secundò, coque vt priùs in vrina puerorum, & pinguedinem detrahe. pòst tere cum alumine præparato, & pone in sublimatorium, & sublima lento igne tribus horis, & ascẽdit sulphur albũ vt nix, & fluit super carbones vt nix.

Oleum vitrioli.

Recipe Vitrioli quantum vis. distilla per descensum, & reddit oleum viridissimum, & appellatur Lac Mercurij Sed debet habere magnum ignem, & assimilatur balsamo.

Alio modo.

Distilla Vitriolum per alembicum fortissimo igne per tres dies & noctes, & tribus vi-

SCD Lyon 1

cibus cum fæcibus imbibatur & diſtilletur ab eis, & tunc per ſe quinquies aut ſexies diſtilletur. & factum eſt hoc arcanũ magnum.

Correctio eius.

Poſt tertiam diſtillationem commiſce illi medietatem vini ardẽtis, & diſtilla vt ſuprà.

Alio modo breuiſſimo.

Recipe Vitriolum, diſtilla per deſcenſum fortiſsimè, pòſt per alembicum: dein per balneum mariæ: dein bis vel ter per retortam, & eſt modus ſubtilis. Aliqui dicunt, quòd viderunt oleum vitrioli diſtillari quouſque albedo veniebat ad modum lactis.

Præparatio ſalis communis.

Fac ſtratum ſuper ſtratum cum calce viua, & cementetur bene, & diſtilla per filtrum & coagula.

Alia.

Recipe Vrinæ, & Calcis viuæ, & Salis: reduc in aquam: fac bullire: dein pone in veſicam, & proiice in aquam, & coagula. Pòſt iterum pone in veſicam, & fac vt prius, & ignitur tandem vtrum ſufficiat, nè cne.

Fuſio Marchaſitæ.

Recipe ſuper decem ʒ. Marchaſitę 6. Saturni ʒ. & iij. ℥. Veneris, & iiij. ♊ Scoriæ ferri. Funditur ſimul ſuper Lunam iiij. ♃ Saturni, & ♊ Veneris,

Alcali

SCD Lyon 1

Alcali sic fit.

Recipe Cineris clauell. Calcis viuæ, & Cineris fabarũ. Extrahe lixiuium, & coagula.

Sublimatio Salis ammoniaci.

Recipe Sui, Martis pulueriſati ana. & ſublima.

Crocus Martis.

Recipe Aquam fortem non valentem. Impone limaturam Martis, & mitte ſtare per aliquot dies, pòſt ſuper carbones ignifac, & efficitur rubeum.

Alio modo.

Recipe Antimonij 5.j. & Limaturæ Martis 5.ij. Tartari crudi 5. Diſſoluantur ſimul, & fit crocus bonus.

Sal Borax Philoſophorum, cum quo funditur omne metallum & omne vitrum.

Recipe Lactis tauri per filtrum purgati, & Alcali, & Boracis, & Salis gemmæ, & Sanguinis hircini ana & cum aqua commiſce, & pone in phialam, & deſicca 5.j. in 5. ☿, vel aliud, ſiue metallum, ſiue vitrũ, & funditur.

Salpetræ.

R. Calcis viuæ, & Aquæ calidæ, & moue per ſex dies, & diſtilla per filtrum, & pone ad ☉ donec conſumatur, & habes ſalpetræ.

Solutio Solis ab argento.

Recipe Tartari calcinati partem j. Salis

SCD Lyon 1

ammoniaci part.ij. & pone ſuper marmor, & pone in vitrum, & accipe radicem pyrethri, & tere cum aceto, & exprime, & commiſce in ſupradictam aquam. & pone aquam in cyphum deauratum, & ſoluitur de argento, & tandem cum Borace iterum reducitur.

Mollificatio Ferri & omnium.

Recipe Aluminis, Salis armoniaci, & Tartari ana. & pone in bonũ acetum in ignem, & extingue metallum.

Solutio ſine Antimonio.

Recipe Venerem in ſe habentem aurum, & ſuperſparge de ſequenti puluere 6. vel 7. & pone in tigillum in ignem, & pòſt fac fluere. Pòſt funde in fuſibulum, inuenies aurum ſiue Lunam. & purga per cineritium.

Item.

Recipe Salis petræ part.j. Sulphuris part. iij. & fac cum Cupro vt ſuprà.

Aqua gradationis.

Recipe Vitrioli part. ij. Aluminis part.j. Antimonij dimidiam partem. diſtilla.

Fixatio Mercurij.

Recipe ollam, in quam pone Calcem viuam quantum ſufficit, & in centro huius calcis pone Mercurium coagulatum, & ignitur per horas 5. & fixabitur.

Coagulatio

SCD Lyon 1

Coagulatio in promptu.

Recipe de puluere radicis & herbę de Hermodactylis, & calefac Mercurium, & superasperge, & coagulabitur.

Fixatio Arsenici.

Recipe Tartari, Calcis viuæ, Vitri, Arsenici ana. Imbibe cum oleo tartari, & sublima in olla, vt moris est, & quando albedo ascendit, cessa.

Deauratio.

Moneta bullita in succo Aurearię deaurätur per totum, & manet aliquod tempus.

Cementum.

Recipe Vitrioli part. viij.
Salis ammoniaci,
Viridi æris,
Aluminis ana part. ij.
Salis petræ partem dimidiam.
Tere in patella ferrea. Misce simul super carbones, & erit puluis niger. & reddit fumum magnum, & puluis cùm desiccabitur, tūc fac stratum super stratum cum Sole, & gradatur 24. gradus.

Fixatio Salis petræ.

Recipe Salis petræ purissimi. distilla per alembicum, & in fundo remanebit Salpetrę. Huius recipe part. j. & par. ij. calcis viuæ. solue super lapidem, & coagula, & factum est.

SCD Lyon 1

Fixatio Lunæ perfecta.

Recipe huius Salis petræ ij.part. Lunæ j. part. Fac simul fluere. cũ Sal petræ sit factum vt vitrum: tunc auge ignem donec comburitur Salpetræ, & hoc fit tota die. pòst adde crocum Martis, & etiam comburitur vt prius. pòst funde per antimonium vt opus est, & fulminetur, & erit Luna fixa & alba.

Crocus Martis.

Recipe Antimonij viij. ʒ. Calibis iiij. ℥. Fac fluere simul, & accipe regulum, & adde sibi j. p. calibis, & funde regulũ, & factũ est.

Coagulatio Mercurij, & fit Venus.

Recipe Mercurij & Vitrioli ana quantum vis. Fac simul in aqua bullire per ʒ. horas, & moue cõtinuò: pòst recipe Mercurium, dein pone eum in pannum lineum, & mitte stare per noctem, & coagulabitur vt Venus.

Alia coagulatio Mercurij.

Recipe Testam oui, & reple cũ Mercurio, perluta, dein pone in patellam, & superfunde plumbum, & mitte frigescere: dein excipe, & habes Mercurium coagulatum.

Purgatio Metallorum.

Recipe Antimonij part. ij. Vitrioli & Salis petræ ana part. ij. Pulverisentur bene, limaturę metalli ad pondus medium, & pone in tigillum, & cementetur lento igne ad horam j.

SCD Lyon 1

ràm j. dein igniatur ad horas 15. pòst fulmi-
netur: imminuitur in iij. part.

Cementum desuper.

Recipe Vitrioli, Salis petræ, Salis ammo-
niaci, Viridis æris, Salis communis, Alumi-
nis ana. Puluerisentur, coquantur, & tribus
vicibus imbibantur cum vrina: pòst cum
parte fac stratum super stratum ad horas vj.
& vltimò magnò igne, & regulum aureum
habebis, sed non manet in cineritio.

Oleum Antimony tingens Lunam in Solem.

Recipe Antimonij ℥ j. Mercurij subl. ℔ s.
distilla, & exibit oleum rubeũ quod deaurat.

Oleum tingens æs in aurum ad 24. gradus.

Recipe fortissimũ lixiuium, & distilla per
alembicum rosaceum: tunc pone in vitrum
& adde Galitzenstein, Sulphuris & Croci
Martis j. ʒ. aut plus, ita vt lixiuium superna-
tet j. digitum. Mitte stare donec ad fundum
cadit & hoc fit super carbones, & erit vt san-
guis: pòst recipe de igne, & fac infrigidari:
pòst iterum in alembicum pone, & distilla,
donec albedo venit: sed qd' remanet in fun-
do est tinctura, & est opus mirabilissimum,
& habet virtutem auri naturalis.

Fixatio Lunæ perfecta.

R. Cinnabarin, & sal gemmæ, & sal cõmu-

SCD Lyon 1

ne. Tere simul bene cum laminis Lunæ, stratum super stratum perluta, & pone ad ignem cementi ad 6. horas. pòst per cineritium purga, & hoc fit tribus vicibus. Pòst pone in cementum 18. horis, & habes lunam fixam.

Recipe istius Lunę iij par. Solis puri j. partem, & dissolue simul, & color illius non detrahitur in aqua forti, sed manebit ibi.

Fixatio bona super Lunam.

Recipe Saturnum, & funde octies in acetum. pòst accipe Lunæ ij part. & Saturni partem j. & granulentur octies in bono aceto, pòst funde in sale alcali, & in aqua salis petræ, pòst fulminatur, & est Luna fixa.

Oleum Solis gloriosum.

Recipe lixiuium fortissimum, & distilla per alembicum cum sulphure & colcothar, & croco Martis ana. Solue in lixiuio, pòst pone ad ignem, & fac bullire donec rubescit. pòst distilla duodecies, aut plus, donec exit albedo: sed quod remanet in fundo, est oleũ fixum, tingens omnia in Solem.

Sanctus Thomas de Aquino.

Sublimaui sæpissimè Mercurium, donec factus est fixus, pòst dissolui eum in aquam in primam materiam. In qua aqua imposui calcem Lunæ, & fixum arsenicum. Hoc nũc simul dissolui in fimo equino, & coagulaui, & euenit lapis Tincturæ.

Aqua

Aqua Mercurij.

Recipe Mercurij fixi iij. & dimid. 5. & tantum Saltzensteyn. & puluerisa simul: deinpone in saccum lineum in fimum equinum, vitrum inferius. Et pone super hæc omnia pannũ pro coopertorio. & pòst pone vbiq; superius & inferius fimum equinum & mitte stare 2. hebdomadas, & tere, & fac quousq; planè albescat, & erit sufficiens ad Lunam.

Aqua Salis armoniaci.

Recipe Sal armoniacum, & tantum de calce ouorum, & parũ aceti. Tere simul, & pòst super marmorem in cella dissolue, & habes aquam salis armoniaci.

Lac virginis.

Recip. Lythargirij puluerizati, aceti quantum sufficit. Fac bene bullire, & pòst per filtrum album distilla, & iterũ superfunde, & distilla quousq; clarescat aqua. Pòst recipe salis armoniaci & anatron, & fac simul. & pòst commisce simul, & fit Lac virginis.

Purgatio Veneris Græcorum more.

Dissolue Venerem, & proiice in eam sulphuris purgati vel arsenici, donec amplius non reddit fumum.

Ad recuperandam Lunam in antimonio.

Recipe Antimonij j. ℔. Tartari ij. ℔. Tere simul cum Sulphuris ℥. j. Puluerisa simul & fac fluere.

SCD Lyon 1

Aqua fortis.

Recipe Vitrioli, Salpetræ, Aluminis ana, distilla per ignem gradatim, vltimò per fortissimum ignem. Si fortius habere cupis, recipe Alumen calcinatum ꝑ alumine rochæ, & colcothar citrinum pro vitriolo, & habebis fortissimam aquam fortem. Aqua fortis etiã è solo Vitriolo facta mirabilẽ habet odorem bonũ vt Moschus. Illa aqua fortis dissoluit omnia, præter Solem, metalla. Et si debet soluere Solem, addatur in aqua forti distillata parũ salis armoniaci, aut de sale communi, & simul dissoluuntur: dein Solem & omnia metalla conuertit in aquam.

Operatio Boni thematis.

Recipe Mercurij subl. fixi ij. partes, Calcis Lunæ par. j. Et tere cum aqua salis armoniaci, & desicca septies, & soluetur. Pòst hanc aquam distilla per balneum Mariẹ, & hanc aquam pone in vitrum, & pone in cineres furni sublimatorij, donec aqua totaliter consumetur, & remanebit Tinctura. Accipe part. j. super 100. partes. Veneris purgatæ, vel Martis ad Lunam.

Ad Solem.

Recipe Calcis Solis, Croci Martis pro aqua salis armoniaci.

Bonæ rapacis operatio.

R. ☿ viui, & calefac eũ, & extingue in sanguine hominis 7. & indurabitur. Pòst fac bullire

lire in albo ouorum, & habes bonã Lunam.

Ad eandem.

Recipe Mercurij viui, & pone eum in sanguine menstruo, & totidem de succo florum frumentorum, & parum de Euphorbio, & sic mitte stare per tres dies, & coagulabitur ad fabricandum.

Calx peregrinorum, vel Calx marina.

Recipe Ossa magnorũ piscium vel signum Peregrinorũ, oder Muschel. Reduc in calcem, & quando albedinem habet, tunc habes calcem Peregrinorum.

Papua tinctura.

Recipe vini ardentis q. s. Antimonij triti quantum vis: ablue vt mos est. & illud quod subtilius est, desicca, & proiice super Lunam dissolutam, & fit in aliqua parte Sol, quod ego vidi.

In Alchymia opus nobilis canonis.

Vidimus autem, q̃ cementauimus partes cum partibus, & in cemento ponebat regulum aureũ, acsi esset optimum aurum: sed in cineritio non manebat vsq; amplius ad pars cum parte, sed nihilominus in aqua forti manebat. Sic tamen fecimus cementũ super Lunam fixam, & posuimus illam Lunam in aquam fortem, & ponebat nobis residentiam magnam, sed cũ fulminatur, rursus albescit vt Luna. & iterum posuimus in aqua forti,

SCD Lyon 1

nō manebat nobis res in aqua forti minima, Sed credimus, quæ in cementationibus aut nihil est, aut nō satis ad sufficientiam cementātur, aut res illius Realgaris nō est satis fixa.

Calcinatio omnium Gemmarum.

Recipe Gemmæ cuiuscunque quantū vis. Pulueriſa, & miſce cum ſulphure, & accende eum, & ſic comburitur, & habes calcem illius gemmæ. Si neceſſe fuerit, abluatur, & erit puluis albus.

Vt oſſa poſſint ſcindi.

Recipe Cineris clauel. & Calcis viuæ ana q.s. Bulliant in eo oſſa donec mollificentur.

Mollificatio Metallorum & Eboris.

Recipe de fortiſsimo lixiuio Alcali. impone metallum 14. dies, & molleſcet. Recipe & in aquam infrigida, rurſum indurabitur. Impone ebur, & prius acetum fortiſsimum.

Ad deaurandum Metalla.

Inunge metallum cū fernisio, dein ſuperpone tabulam Solis.

Ad Venerem dealbandam.

Recipe Aquam fortem, & ſolue in ea Lunam: deinde cum tartaro pulueriſato, & ſale communi fiat pulmentum, & deſiccabitur: dein cum aceto vti potes. Quidam addunt ſal armoniacū & inungatur Venus & igneſcat: dein adhuc ſemel donec placet.

Lumen

SCD Lyon 1

Lumen ſplendens ſine igne.

Recipe oculum hirci & pone in aquam & deſuper pone ſpeculum.

Aliud.

Recipe de lixiuio facto ex calce viua optima. Dein impone alumen & camphoram. Deinde in vitrum cum Mercurio viuo & deſuper ſpeculum.

Aqua ſalis communis & aqua ſalipetræ.

Recipe illius & lateris & diſtilla. Hęc aqua dicitur mirabiliter fixare, ſi luna extinguatur in ea & ſal commune. poteſt cum melle item diſtillari.

Album.

Recipe alcalum & ſuccum ceparum albarum & in ea extingue Martem & fit vt luna.

Modus quartationis.

Recipe ſolis vnam partem & lunę duas vel tres partes laminetur & in aqua forti ponatur. Et hæc eſt ſumma & maxima proba auri.

Coloritium.

Recipe florum æris & ſalis armoniaci parum & cum aceto fac pulmẽtum. Et eſt etiam vna proba auri & coloratio.

Vt pannus in igne comburi non poſſit.

Madefac pannum in aqua ſalſa. Et ſiccetur per ſe, pòſt cum albumine ouorum bene prę-parato. poſt deſicca & valet.

SCD Lyon 1

Cùm vitrum ab igne destruitur.

Recipe minij dimidiam partem, calcis viuæ & farinæ & cum albo ouorum misce & pannum in eo madefactum applicabis & parum super ignem pone.

Lutum.

Recipe luti, lateris puluerati, limaturę ferri, calcis viuæ, gypsi & cum aqua salis bene præparetur.

Lutum.

Recipe luti bene præparati partes x. capillorum vaccę partes tres, stercoris equini partes v. sanguinis hircini partes tres, calcis viuæ, salis communis ana. partes tres laterum partes quinque. Limaturæ ferri partes vj. albuminis ouorum, gypsi an. quantum sufficit, fiat lutum.

Aliud ad lutandum fracta vitra.

Recipe silicis calcinati, calcis viuæ, salis communis, albi ouorum ana. Misce simul & accipe pannum quem impone & inunge & pone super vitrum vel fracturam. Sine indurari & in aquam inunge cum oleo lini & vix melius lutum inuenitur.

Fortißimum lutum contra ignem.

Fit ex sanguine bouino & calce viua & sale. Non potest destrui ab igne.

Lutatio vitri optima.

Recipe de vitro Venetiano bene trito & de

SCD Lyon 1

de oleo tartari, q.s. Fiat pulmentum. Lutetur scissura & exicca & ponatur ad ignē & fluat.

Colla mirabilis.

Recip. viridis eris, minij, vernicis pictorū, quæ est distemperata, terantur illa in vernice & sint omnia an. & perlinas, quicquid vis.

Ad vitra disrupta.

Contunde bombicem cum vitro & contusum distempera cum claro ouorum. Bitumina cum eo quiduis & erit firmum.

Aqua metallorum.

Recipe illius limaturæ & pone in fortissimum acetum per 16 vel 20. dies, post imbibe cū aqua salis armoniaci & tere ter aut quinquies, post pone super marmor & dissoluitur in aqua.

Ad faciendum minium.

Recipe Saturni quantū vis, dissolue quousque cineres fiant & efficitur citrinum. Post tere & pone in ollam sub modico igne & colorabitur in rubedinem.

Processus sulphuris.

Recipe illius pulueris 5.j. & superfunde oleum lini & pone in patellam ferream & fac bullire, deinde dat spumam rubeam & inspissatur. Tunc effunde & erit materia rubra. spissatur vt hepar. quæ in multas diuiditur

SCD Lyon 1

particulas & iterum pone in patellam ferreā cum oleo laterino & fac bullire bene per 2. horas. Pòst in vitrum ponatur ad cineres per tres dies. Deinde conuertitur sulphur in oleum. Pòst recipe vitrum & pone in aquam frigidam & per tres dies & noctes, dein distilla, primum lento igne, sed augetur tādem donec sufficit. Feces, quæ caput mortuum vocantur bene calcinentur. Imbibe cum prima aqua. Dein distilla septem horis. Et iterū fac donec rubedo olei conuertitur in album & hæc albedo fit in tribus horis. Pòst recipe iterum dictum oleum & per se distilla septē horis & factum est.

Dein recipe Laminam Veneris & extingue in oleo dicto. Si conuertitur in lunam, sufficit, si non, iterum distilla, donec facit cū dictis fecibus calcinatis. *Vel.* Imbibe feces cum dicto oleo sæpius & super laminam cupream fac fluere & dealbatur & post recipe fecum partem vnam, Mercurij partes v. Et pone simul in tigillum & bene lutetur & pone in ignē. Post in frigida & inuenies materiam parum duram & recipe tigillum & iterum fac cum prædictis fecibus, fac vt suprà & inuenies Elixir, cuius pars 1. super 1000. Martis purgati & fit perfecta Luna. De qua recipe part. j. & funde cum part. x. veneris calcinati & albi & erit perfectio, vt à nullo vituperetur. Eius Elixir R. j. 3. & 4. j. Mercurij. Et sine bulliant & efficitur Luna bona.

Quod

SCD Lyon 1

Quod si prædictum Elixir in solem conuerti vis : Tunc recipe elementum ignis & pone in vitrum amplum & desicca in sole. Pòst cũ pura aqua imbibe. Pòst recipe illius pulueris super laminam argenteam & fluit vt cera, si non, iterum imbibe, donec sufficit. Pòst recipe vnam partem cum 2. partibus Mercurij viui & luta simul & superpone ignem per dimidium diem & fac vt prius dixi. Pòst recipe & adde de igne supradicto tantum, quantum huius mercurij est, & fac vt suprà. Et iterũ est citrinus & durus vt sol. Cuius Elixiris recipe partem j. super 1000. partes lunæ quæ de dicto Mercurio facta est. Et fit aurum melius naturali & separãdo lunam dictam 5 ij. cum j. 4. Misce tunc valet mirabiliter & dicunt Hoc esse summum Elixir totius Alchimiæ.

Operatio ad præcedens opus.

Recipe sulphuris purgati preparati & pone eum in ollam, vt quatuor partibus sit vacua. Dein superpone duplicem pannum, infra quẽ sit Mercurius viuus & pòst bene perluta. Dein pone super ignem per tres dies & indurabitur & fiet vt Luna. Si non erit, fac cum Mercurio nouo, tum filtrati & istius lunæ vna pars cum 5. veneris purgatæ ad lunã & fit bona & vera luna.

Ad solem boni thematis.

Recipe Mercurij iij. 5.

SCD Lyon 1

Atramenti crudi j.ʒ.
Et ſuperfunde aquæ ſalis ij.ʒ.
Aluminis Iameni j.ʒ.

Miſce ſimul, pone ad ſolem, donec Mercurius moriatur, & in aquam cõuertitur & pone in pyxidem perlutatam cum plumbo & arſenico & ſulphure, & in ſtabili calore mitte ſtare vnũ diem. Pòſt aperi & inuenies Mercurium coagulatum, quem tere cũ aqua prædicta facta de atramento & alumine. Pòſt deſicca & iterum in pyxidem pone vt ſuprà & fac 3. horis.

Quarta vice iterum imbibe cum prædicta aqua & pone in fimum ad putrefactionem quinque dies. Pòſt deſicca in cineribus & recipe huius tincturæ partem vnam ſuper centum partes veneris. Accipe tunc prædictum Elixir vnam partem & calcis peregrinorum. Hæc duo ſimul terantur & imbibe cum aqua Mercurij & deſicca & ſæpius imbibatur & coagulabitur. Pòſt recipe vnam partem iſtius ſuper cc. partes iſtius veneris & tinge & habebis ſolem optimum, vt melius non inueniatur.

Augmentum ad ſuperius augmentum ſub folio 292. boni thematis.

Recipe album ouorum, tantum calcis viuæ, & tere cum aqua auripigmenti & imbibe & coagula. Pòſt cum aqua ſalis armoniaci & putrefac in fimo quinque diebus. Pòſt coletur

SCD Lyon 1

coletur per pannum & desicca & hoc Elixir tingit venerem in solem.

Item.

Recipe istius Elixir & calcis ouorum & oua pauonis calcinata & iterum cum aqua auripigmenti imbibe decem horis: post desicca: pòst tere cum aqua salis præparati & putrefac vnum diem. desicca & tingit vna pars centum partes veneris in solem.

Tinctura ad album & rubeum expertissima.

Recipe sulphuris calcinati fixi albi duas partes, Mercurij sublimati fixi decem partes. Recipe aquæ salis ammoniaci. Imbibe sæpius. Pòst pone in vitrum in fimum equinum per quindecim dies. Dein parum pone super ferrum ignitum vt ad modum ceræ fluat. Pòst lento igne coagulatur. Pòst recipe huius Elixir vnam partem super centum partes veneris purgatæ ad solem. Imbibe cum aqua salis ammoniaci & adde semper parum de croco Martis donec puluis rubificatur, pòst in fimo putrefac. Pòst fac fluere super ferrum. Pòst recipe vnam partem super centum partes Martis purgati & fit aurum melius naturali.

Operatio ad solem.

Recipe Mercurij viui part. viij.

SCD Lyon 1

Sublimati & fixi part.iiij.
Lunæ calcinatæ part.ij.
Arſenici albi p.j.

Pulueriza & pone in pyxidem argenteam & perluta & pone in ollam & ſuperfunde Saturnum per quinque dies in vna ſolutione. Pòſt recipe pyxidem & inuenies puluerẽ album & tere cum aqua ſalis armoniaci, & ſicca & putrefac 15. dies donec fluit vt cera ſuper ignito ferro. Recipe tunc iſtius ʒ.j. ſuper vnam marcam veneris purgatæ & funde ſimul & erit vera luna.

Ad ſolem.

Tunc rubefac ſulphur cum croco Martis & pro calce lunæ recipe calcẽ ſolis & de pyxide ponitur, tunc magis materia colanda eſt & vlterius putrefacienda.

Album.

Recipe lunæ ℥.j.
Iouis ℥.ij.
Saturni ℥.iij.

Funde illa vt fluant bene. Sine parum frigeſcere & inde proijce Mercuriũ calidum ℥.s. vel parum plus & habebis album.

Fixatio Mercurij.

Fac phialam argenteam cuiuſcunq; quantitatis volueris & impone de Mercurio ad tertiam partem vel ad mediã & obſtrue vas cum pane, ſale, & albo oui, tunc loca eum inter carbones ardentes & fac calidum & ſta-

tim

SCD Lyon 1

tim extingue in aqua frigida & hoc fac semper per vnam horam. Tunc dabit sonũ quasi sibilum anseris. Tunc satis est, tunc expone & erit argentum.

Augmentum lunæ.

Fac amalgama de Ioue & Mercurio & pone cum sale trito & ablue toties, dum nulla nigredo appareat. Tunc recipe hoc amalgama & pone in sublimatoriũ & sublima Mercurium à Ioue. Dein recipe de Mercurio sic sublimato quatuor lotones & solue in aqua forti 21. crocum lunæ, 2.16. lotones veneris & solue quodlibet per se seorsim. Quando omnia soluta sunt, tunc iunge omnia simul in vnum vitrum, & distilla aquam à fecibus, & nouam superfunde aquam fortẽ, sicut prius, & redistilla aquam à fecibus & post ablue cum aqua dulci. Post hoc solue sal armoniacũ in aceto, & superfunde fecibus & fac stare per noctem. Dein distilla iterum à fecibus per alembicum & feces reduc in sal alcali & sale communi in corpus, quod in cineritio purga & inuenies sex lotones lunæ optimæ.

Aqua deaurans.

Fac aquam fortem ex vna parte vitrioli & vna parte salispetræ & quatuor partibus aluminis & post ad illam aquam factam impone salis armoniaci quatuor lotones. Redistilla. In eadẽ aqua solue amalgama de Mer-

SCD Lyon 1

curio & ſole vt aurifabri ſolent amalgamare & fac ſtare per octo dies vel quindecim. Pòſt fac bullire aquam à materia vſque ad tertiam partem. Cùm autem deaurare vis, tunc intinge cum pericillo in eandem aquam & moue fortiter & depinge quod deaurare vis & fac exiccari, pòſt fac igniri vt aurifabri ſolent operari.

Ad delendum ſcripturam.

Recipe vitrioli Romani.j.5.
Vſifur ℥.4.
Aluminis Iameni ℔.s.
Diſtilla ab eis aquam fortem. Prima eſt alba quam collige per ſe. cum vis delere ſcripturam, madefac pannum cum illa aqua & tange literas & abſterguntur.

Cementum.

Recipe vitrioli rubificati,
Viride æris,
Aeris vſti,
Salis armoniaci an. partem vnam,
Aluminis ad pondus omnium.
Fac ſtratum ſuper ſtratum per octo horas, clauſo vaſe & extingue pòſt in vrina.

Ad faciendum lapides precioſos.

Recipe albiſsimi ſilicis calcinati & pulue-
rizati

SCD Lyon 1

rizati partem vnam, minij partes tres. Pone in tigillum in ignem magnum, dein per se sine infrigidari & habebis lapidem pretiosum. Coloratur in Smaragdum cineribus Veneris.

Cementum quasi pars cum parte.

Recipe Ematitis j. ℔.j ʒ.
Boli armeni j.℔.j ʒ.
Vitriolij. vierling/j.ʒ.
Pulueriza, inde recipe dimidiam partem solis & lunæ. Fac laminas. Dein stratum super stratum vt scis & fac effumigare. Depone ab igne & habes optimum solem Vngaricum. Probatum est per me.

Album.

Recipe Veneris ℔ j.
Lunæ ℔.s.
Mitte fluere. Post superspargе ℔.ij. salis armoniaci ℔. ij. Salis puri & proijce desuper j.quartale. Mitte stare vnam horam, reitera vsque dum octo horæ pertransierunt & factum est. Ex illa Luna potes aliquid facere quod cupis.

Pulchrum super Mercurium de Mercurio.

Recipe Lunam & Mercurium an.
Solue in aqua forti: Dein abstrahe aquam fortem vt maneat pulmentum spissum. Hoc pulmentum iterum resolue in fimo octo diebus & iterum conuertitur in aquam & iterũ

abſtrahe vt ſuprà & iterum reſolue, quatuor vicibus & habebis vltimate aquam manentem in omnibus probis, quæ facit ex Mercurio vbique permanentem lunam. Ein tropff oder drey auff vier loth Mercurij calefacti ad fugam.

Nota ſulphureum opus.

Recipe ſulphur quod bene fac bullire in aceto vel vrina, laua dein bene, poſt diſſolue eum ſuper ignem & proijce Mercurij quantum poteſt, quem pone in lutatum inſtrumẽtum & vre lento igne gradatim 30 dies & habes in fundo Mercurium non bene rubeum, quem diſſolue aperto vitro in oleum. Hoc oleum miro modo tingit.

Lazurium bonum & probatum.

Recipe Mercurij viui quantum vis, & tertiam partem ſulphuris & vnam partem ſalis armoniaci. Miſce. vre ſicut cinabarim & cũ videbis fumum purpureum, depone & mollifica deinde lazurium cum aceto bulliente.

Aqua faciens Martem fluxilem & ardens in aere.

Recipe Caphuræ,
Salis vitri,
Vitrioli,
Vini ardentis.
Et diſtilla vt ſcis, ſerua bene.

Aqua

SCD Lyon 1

Aqua faciens lunam in solem.

Recipe aceti rubei & sulphuris sublimati, calcis viuę. Fac bullire. Dein in illud acetum pone sal armoniacum & vitriolum & dissolue & distilla per alembicum & extingue in ea laminas lunæ & conuertitur intus & extra in solem.

Ad lunam.

Recipe Mercurij & extingue eũ duodecies in sanguine humano & indurabitur: post fac eum bullire in albumine ouorum per horam & fit luna bona.

Tinctura firma.

Recipe salis alcali ℔.j. & tantum de calce ouorum, duas partes de cinere clauellato, & quatuor partes de rore cœli. Et decoque hæc omnia vsque ad tertiam partem. Post distilla per alembicum tribus vicibus & fac diligenter & habebis aquam fortissimam, cum qua soluitur Mercurius & omnia corpora metallorum.

Recipe de aqua ista ℔.j. Lunæ foliatæ ℥.j. & pone in cineres per tres dies & conuertitur luna in aquam.

Recipe Mercurium sublimatum & bene puluerizatum & pone in phialam in cineribus & superfunde de aqua prædicta de luna facta & congelabitur. Et hoc fac tamdiu imbibendo & desiccando quousque dimidia

SCD Lyon 1

pars aquæ consumatur ℔.s. Post puluerem de Mercurio pone in fixatorium, & digere lentè & tertia die augmenta ignem & fit fortissimus & inuenies tincturam æternam. Cuius vna pars cadit super 100. partes Mercurij crudi. & erit luna bona in omni examinatione & malleatione & durat in æternum & probatum est.

De oleo sulphuris.

Recipe olei quartam j. &
Sulphuris ℔ ij.
Fiat hepar & fac ipsum bullire in lixiuio vt oleitas abstrahatur, post quod manet in fundo, distilletur per retortam, secundariò per lateres & fac oleum sufficiens.

Pars cum parte.

Recipe Antimonij præparati in oleo tartari ℥.j.
Salis nitri præparati,
Salis communis præparati an. ℥.s.
Aluminis plumosi ℥.s.
Misceantur bene bis vel ter, imbibantur in oleo tartari & fiat puluis, de quo fac stratum super stratum cum luna in igne cementationis 6. horas, quo facto sublimetur. Tandem recipe huius ℥.j. Solis puri ℥.s. Tundantur simul & laminentur & cum sequenti puluere fac stratum super stratum.

Recipe salis armoniaci,

Salispetræ

SCD Lyon 1

Salispetræ,
Salis communis præparati an. ℥.j.
Viridis æris,
Aluminis,
Hematitis,
Vitrioli ana.ʒ.j.s.

Puluerizentur simul omnia & cum oleo laudis imbibantur decies aut magis, & fit puluis. Fac vt supra stratum super stratum in igne per horas duodecim. Post recipe regulũ & sublimetur & addantur tres partes Veneris & ponantur in hanc aquam gradationis.

Recipe vitrioli,
Salispetræ,
Aluminis ana.℔.j.
Aluminis plumosi,
Aluminis calcinati ana.℥.iiij.
Cinnabaris,
Sulphuris ana.℔.s.
Viridis æris ℔.j.
Antimonij ℥.vj.

Distilla bis, hoc est, semel à capite mortuo & residentia quæ remanebit in fundo, fulminetur & habebis solẽ perfectũ in omni proba.

Fixatio Mercurij.

Recipe olei tartari, bulliti in lixiuio optimo & distilla per filtrum, quo facto fac bullire vsq; ad oleitatem & pone in vitrum bonum. Et recipe huius lixiuij vnum pocale, salmiax sublimati quinquies libram, Mer-

SCD Lyon 1

curij ſublimati ſepties ℔ j. Aquæ fortiſsimi fontis dimidium pocale. Miſceantur ſimul in vitrum venetianum & mitte ſtare in craſtinum vt ceſſet bullire, impone oleo lunę ℥.iij. in fimum equinum per menſem & conuertetur totum in oleum. Hoc oleum tingit omnia in lunam, poteſt coagulari in lapidem & eſt aqua Mercurij.

Proiectio.

Salis communis præparati,
Salispetræ,
Salis alcali, an. ℥.j.
Salis armoniaci præparati ℥.s.
Albuminis,
Vitrioli ana. ℥.j s.
Viride æris ℥.iij.
Croci Martis ℥.j.
Cinabaris ℥.s.
Antimonij præparati ℥.ij.

Fiat puluis qui imbibitur cum oleo antimonij & tartari (& vrina) Mercurij decies. Proijciantur ſuper lunę ℥.ij. huius pulueris ℥.iij. diſſolue ad 6. horas, poſt fulminetur & ponatur in aqua forti vel cementetur, vt ſcis.

Præparatio ſalium.

Fit cum calce viua & per lixiuium vt ſcis. Poſt bis vel ter imbibatur cum oleo tartari, alia verò in oleo tartari.

Digeſtio

SCD Lyon 1

Digeſtio Lunæ.

Recipe Salis petræ,
Vitrioli ana ℔.j.
Cinabaris ʒ.iiij.

Fiat aqua fortis. diuidatur illa aqua: in vna parte Luna, in alia parte Cinabaris, cum additamento ſalis armoniaci ſoluuntur & coniunguntur. Digerantur 14. diebus, & aliqualiter materia diſtillatur. Tunc reducatur, & habebis duplum de Luna. & quilibet loto habebit lotonem dimidium ſalis.

De Talck.

Cementetur cum ſale communi integrum diem in aqua forti: pòſt colligitur Talck de ſale, & ſubtiliſsimè teratur, & ponatur in ſaccum, & fundatur deſuper lixiuium fortiſsimum, & reſuperfundatur, donec Talck diſſoluitur. tunc in lixiuio cadit ad fundum. & exicca prius bene: pòſt ſoluatur in oleum, coagulat Mercurium in Lunam, & ſimiliter louem.

Separatio Solis à Luna.

Recipe Antimonij ʒ.viij.
Martis limaturæ ʒ.vj.
Tartari crudi ʒ.iiij.
Salis cõmunis pręparati in fluxu ʒ.iiij.

Omnia terantur & fluant in tigillo, & erit materia nigra, eam tere in puluerem. Cuius recipe cum Luna ana, & fac Lunam fluere, quouſq; munda & clara appareat, id eſt, cum

SCD Lyon 1

puluere, & funde in fusibulum, & ponitur regulus. & pone in treibscherben cum plumbo, & totaliter Antimonium euaporat: post purgetur per cineritium.

De Luna schlacken.

Schlacken & pulueres ana, vnd geuß es so lang biß du dz silber gar hast / darnach thue es ein treibscherben / vnd laß alles woll verrichen / darnach treibs ab.

Fixatio Cinnabaris in vno die.

Recipe Cinerum fagi viij. part. Calcis viuæ j. p. Fiat lixiuium, in quo solue salis nitri, & salis Vitrioli, & Viride æris ana p. j. Aluminis plumosi, Tartari calcinati ana partem dimidiam. Soluantur, & in lixiuio bulliat Cinobrium tota die, & fixabitur.

Super Antimonium.

Mineram imbibe in Saturno, post super sparge arenam: tunc arena attrahit ad se Antimonium, & cum schlacken factum est. depone cum spatula, & iterũ supersparge arenam, vt suprà, donec nihil euaporabit magis, tunc fulmina.

De solutione Magnesiæ.

Recipe de ea j. part. Mercurij subl. ij. part. Tere & misce simul, & distilla per alembicũ, & distillatur aqua spissa & pinguis ad modum olei lini. Hęc Mercurium tingit in ipso: tunc tingit omnia corpora in se proiecta.

Fixatio

SCD Lyon 1

Fixatio Antimonij.

Recipe Salis alcali vnc.ij.
Sal nitri vnc.j.
Antimonij ℔.j.
Fac simul fluere, post mitte stare infrigidari, & erit fixum.

Oleum Antimonij & Mercurij figens spiritus, & soluens corpora per se.

Recipe Mercurij ℔. iiij. Antimonij ℔. j. distilla vt scis. Illud oleum soluit metalla.

Oleum Boracis.

Pone Boracem in vitrũ, & dissolue ipsum, & pulueriſetur, & induretur, & ponatur in aliud vitrum in balneum Mariæ, & conuertitur in oleum quod figit omnes spiritus.

Oleum auri.

Recipe partem vnam Sulphuris & partes octo Calcis viuæ. & coquantur in aqua, & fit rubea, & distillatur per alembicum, & in fundo remansit rubedo sulphuris, & vocatur Oleum auri.

Aqua cum qua omnes spiritus figuntur.

Recipe Salis Armoniaci, Iameni, & Vitrioli. Distilla per alembicum: post recipe quemcunq; spiritum, & solue in aqua, & abstrahe, & post imbibe ipsum ter, & erit fixus.

Aliud.

Recipe Antimonij, Sulphuris croci par.j.

SCD Lyon 1

Salis armoniaci part. iiij. Imbibe cum aceto forti: tandem desicca & tandem cum aqua salis armoniaci fixi, & abstrahe, & distilla.

Fixatio Sulphuris.

Tere ipsum cum sale tartari, vel crudi, & tantum de sale communi, & sale nitri ana. & solue cum aqua salis communis, & congela. Pone in ollam & luta, & ponatur in ignem. candescat. post solue in aqua dulci, & distilla per filtrum, & congela secundò, tertiò, & erit sulphur fluens vt cera.

Sublimatio ad Solem cum sulphure.

Recipe Sulphur viuum, & Vitriolum Romanum, & Viride æris ana. Imbibe cũ aqua salis communis: ter sublima. vel, Recipe Sulphuris, Mellis, Alcali ana. Fac vno die bullire, & exicca: facit ex Luna Solem.

Aqua Antimonij (Sulphuris) ad Solem.

Tere eum, & recipe eius iij. part. Salis armoniaci j. part. Pone in vitrum ad cineres calidos bene lutatum vno die, & post tere cum aqua calida, & erit vt sanguis. Si bullitũ fuerit in lixiuio, fortè melius esset.

Fixatio Sulphuris.

Recipe Sulphur & Mel. Imbibe & exicca lento igne, & fac in lixiuio forti bene bullire, & congela, & lauetur materia, donec aqua clara appareat. Et hoc opus reitera septies, & inuenies sulphur album in modum chrystalli.

SCD Lyon 1

ſtalli. Pòſt recipe Salis communis præparati, & tantum de ſale armoniaco, & tantum de ſulphure. ſimul bis bene terantur, & cum albumine ouorum ſolue, & congela, & diſtilla per filtrum, & gela. Reitera tribus vicibus, & j. pars xxx. Mercurij calefacti mutat in Lunam æternam.

Oleum Sulphuris fixum.

Recipe eum, bulliat in alcali vnũ diem, & ſublimetur lento igne: quo facto, extingue cum aceto quater, & abſtrahe per filtrum, & iterũ iij vicibus extingue: pòſt per alembicum abſtrahitur, & erit fixum. Soluetur ſuper marmor in oleum. Pòſt recipe corpus ſulphuris, & ſolue cum oleo, & congela. Vna pars tingit tres partes in Lunam, & iſta Luna de auro multum habet.

Dealbatio & fixatio Cinobrij.

Recipe ipſum, & Alumen calcinatum, & Sal commune præparatum. Tere ſimul cum vino ardenti, & ſicca, & ſublima, & dealbetur, & fixatur.

Fixatio Spirituum.

Recipe Calcem viuam, Sal alcali cũ oleo admixto. & diſtilla, & cum illa aqua imbibe ſpiritus toties, donec fluat ſuper lamen.

Aqua Mercurij figens omnes ſpiritus.

Recipe j. marc. Mercurij, & ij. marc. Salis

SCD Lyon 1

armoniaci: contere ſimul ad vitrum ſuper lentum ignem, & erit maſſa dura, quam tere bene, & fiet puluis, & ſolue in aquam: tunc recipe j. marc. Lunæ vel Solis purã, bene laminatam, & pone ad prædictam aquam. Iſta aqua figit omnes ſpiritus.

Fundere oſſa.

Recipe Oſsium quantum vis, & combure in calcem, quo facto puluerisentur ſubtiliſſimè. Recipe ipſorum ℔. iiij Calcis viuę ℔. s. Miſceantur ſimul in puluerẽ: quo facto diſſolue bitumen cum vino modico, vt tantum diſſoluatur. Quo facto, imponantur oſſa, & mouẽtur in ſpiſſum pulmentũ valde: & poſt funde in modulum ex papyro factum: ſed prius inungatur oleo, & mitte in frigidari, & indurabitur vt Elephas. potes in fuſione colorem dare cum Minio, vel flore æris, aut aliis quibuſcunque vis, coloribus.

Ad faciendum modulum ad fundendum omnis generis imagines.

Lateres ſubtiliſsimè tritos fac bullire in ſorti lixiuio, vt valde ſubtilis paſta fiat: quã ſicca & cribra ſubtiliſsimè. Poſtea fac aquam ante albumine ouorũ, & imprimatur ſuper inſtrumentum, & deſuper exiccabitur.

Ad colorandum vitra.

Recipe Tartarum & Cineres clauel. & Calcem viuã. Fac ex eis alcali, cuius recipe par. j. &

SCD Lyon 1

& ſolue in iij.p. coloris in aqua, & coagula, & iterũ ſolue cũ colore, & hoc ter aut quater, donec lapis bene coloratus erit: pòſt funde vitrum cum lapide prædicto, & colorabitur à lapide. & chryſtallum ſic fundere potes.

Modus colorum cum quibus Chryſtallus mollificatus colorabitur, & indurabitur in modum lapidis pretioſi.

Recipe Alcali ex tartaro facti part.j. Salmiax ſublimati dimidiam partem, Coloris duas partes. Bene ſimul terantur, & ſoluantur in aqua, & iterum ſuperfunde colorem toties, quoties ſufficit color. pòſt coagulabitur in lapidem, & tere eum ſubtiliſsimè, & miſce in chryſtallum, modò liquefactũ cum oleo tartari. Color rubeus fit ex cinabrio, & paris rhot: citrinus cum croco; viridis cum Safftgrün.

Quomodo omnis lapis poteſt tranſmutari in lapidem clarum, licet ipſe ſit tenebroſus, & per quem potes tingere corpus, & chryſtallum, & omnia ſimilia, Exemplum.

Recipe lapidis Ematitis part.ij. ſubtiliſsimè tritas, valde bulliat in lixiuio (ex tartaro & clauellatis & calce viua ante facto) p medium diem vt alcaliſetur. Superſparge tunc part.j. de ſale armon. ſubl. & iij. etiã p. de ſale ammo-

SCD Lyon 1

ammoniaco crudo. desicca lentissimo igne: pòst soluuntur in aquam in humida cella, & quod manet supra lapidem, iterũ cum aqua illa imbibe toties, donec totum conuersum fuerit in oleum, tunc ponatur in vitrum, & sublimetur ab ipso oleo sal ammoniacus qui non fixus est. & cùm videbis eum ascendisse, & nõ amplius in oleo est: tunc lapidem tere, & magis bulliat in lixiuio per horas sex, vel octo, & iterum vt suprà, cum sale ammoniaco sublimato & crudo soluatur. tunc per istam sublimationem lixiuij, & solutionem salis ammoniaci conuertitur in oleum spissum. tunc illi spiritus ab ipso separantur, qui non fixi sunt, vt sal ammoniacus per sublimationem, vt prædiximus Sed lixiuium ita non separabitur, sed addetur aqua, quæ est distillata per filtrum, tunc oleum manebit in fundo, & lixiuium cum aqua eleuabitur. & sic separabitur, & habebis oleum lapidis solum. Melius autem est alcali nõ separare, sed vt in oleo maneat.

Descriptio Ignis adepti.

Recipe Vitrioli,
Aluminis,
Salis petræ ana ℔.j.
Aluminis calcinati,
Vitrioli calcinati ana ℔.s.
Distilletur in aqua forti per 30. horas. Pòst recipe huius Aquæ fortis ℔.ij.

Alumi-

SCD Lyon 1

Aluminis calcinati,
Vitrioli calcinati ana ℔.j.
Salis petræ ℔ j.s.

Distilla vt suprà, & renoua ter. Quo facto, solue in illa aqua forti

Salis ammoniaci ij.quart.
Salmiacis j.quart.
Mercurij sublimati j.
Tartari calcinati, & alcali eius,
Arsenici sublimati j.quart.

Et postquam soluta fuerint omnia successiuè, distilletur per balneum, & superinfundatur bis, & post induretur parum, & soluatur in balneo humido in aquā, in qua aqua solue Lunę part.iij. vel quātum soluere potest. Coagula in lapidem durum, quem fac in lixiuio fortissimo bullire in aquam fortissimam quousque alcalizetur, & solue, & coagula donec placuerit tibi.

Ad Lunam.

Recipe Salis ammoniaci,
Vitrioli,
Aluminis rochæ,
Sal alcali vel tartari ana.

Sublimetur in vitro: vna pars tingit sex partes æris purgati, post adde de Luna.

Purgatio æris sic fit:

Cum Aceto, & Sale & Tartaro.

Oleum Sulphuris.

Recipe Hepatis sulphuris ℔.iij. Bulliat in

SCD Lyon 1

lixiuio ſapponis: pòſt addatur,

Vitrioli rubificati ℔.ij.
Aluminis calcinati ℔.j.
Vitri ℔.j.s.
Croci Martis j.quart.
Viride æris j.quart.

Miſceantur bene in vnum, & diſtilla per alembicum, prius putrefacta per dies tres, & fortiſsimo igne, vt ſpiritus exeāt fortiter, & quod album eſt, ſerua ad partem: quod rubeum eſt, funde iterū ſuper caput mortuum, & rediſtilla, & hoc toties, donec nulla albedo exeat. Tunc caput mortuum reuerbera bene, & diſtilla ab ipſo oleum rubrum, & iterum reuerbera bene, & diſtilla, & hoc toties, donec amplius nō comburitur in igne, & putrefac de albo oleo. Hæc tingūt miro modo.

Modus per quem fit Sol cùm pars cum parte.

Recipe de Antimonio par.ij. de Sale communi part.iij. de Vitriolo & Alumine par.j. Contere in puluerem, & recipe illius par.ij. Limaturæ Lunæ part.j. Miſceantur ſimul, & pone in tigillum ad lentum ignem 2 horas: dein fortiſsimo igne 2. horas, & fac fluere vitrum: pòſt imbibe in Saturnum, & purga per cineritium: pòſt conuerte in laminas, ex quibus fit ſtratum ſuper ſtratum, cū illo puluere: Recipe Salis armoniaci part.s.

Salis communis fuſi,
Salis nitri,

Alumi-

SCD Lyon 1

Aluminis,
Vitrioli ana ℔.s.
Ematitis,
Floris æris,
Calaminaris,
Tutiæ,
Cinabrij,
Minij,
Æris vsti ana vnc.s.

Exiccentur apud ignem: fiat puluis: imbibatur ter vel quater cum vrina: pone in tigillum lutatum in ignem gradatim per sex horas: vltima die pone regulum, quem purga per cineritium, & rursum lauetur, & cementetur, tamdiu donec in aqua forti maneat: dein recipe istius Lunæ partes iij. Solis puri part. j. Cupri part.ij. dissolue simul. cementetur per x.horas: regulus in iiij.part.dissoluatur, & ponatur in aqua forti sequenti, & habebis residentiam Solis in omni examinatione perfectam.

Aqua fortis.

Recipe Vitrioli,
Salis petræ,
Aluminis ana ℔.j.
Antimonij 4.ss.
Cinabrij 5.4.vij.
Viride æris 5.ss.

Hæc omnia distilla in aquam.

Nota de Cementis.

Recipe Lunam laminatam, & cementetur

SCD Lyon 1

cum ſpeciebus de cementis bis vel ter: pòſt adde Veneris purgatæ partem, & ſolue in aqua gradationis, & habebis aurum, ſi permanſerit tempus ſuum, donec coloretur rubeum. & nota quòd pars cum parte ſic debet fieri vt ſuprà.

Nota.

tum iterum per alembicum, & quod remanebit in fundo, iterum dissolue in aceto & filtra & distilla per alembicum, & toties donec Saturnus manet in fundo vt oleum fusum. Forte eodem modo fiet oleum Iouis.

Flores corporum.

Recipe feces vini quas pone in ollam ad spissitudinem 5. digitorum & circulus sit in medio ollæ & super circulum ponatur crux lignea & super crucem ponatur lamina & ponatur coopertura super ollam quam luto sapientiæ perlinas, & ponatur super fornacem calidum 7. diebus. Octaua die excipe & depone florem cum seta aut cum aqua munda lauando. Aquam sine residere quam cola per pannum & florem exicca. Tunc cum laminis operare vt prius.

Nota.

Limonen außgezogen in ein rein vaß/darein leg goldt feil/ wirdt vber nacht wasser/ das ist gut für den aussatz/vnd behelt ein menschē jung.

Item.

Grün schlehen in einer pfann außgeprezt/rc.

Einbringen.

Recipe auripigmenti & vitrioli ana. Schmeltz simul, so wirdt ein puluer drauß/deßnimb ein theil vnd würffs auff lunam, wenn sie fleußt/& inuenies aurum.

SCD Lyon 1

Aliud.

Nimb wisinůth quantum vis, tartari calcinati, & půchen äschen/laß fliessen vñ geuß drey od vier mal/dz nimbt dem wisinůth diß wildtnuß/deren nimb ein theil/ vnd lunæ ein theil/ purga per Saturnum & habebis lunam.

Idem pars cum parte * erit tinctura super lunam. vel si flos lunæ additur Mercurio sublimato vel arsenico & præparatur secundum artem, fiet tinctura super Venerem vnaquęque illarum tingit centum partes.

Nota.

Corpus Zidar liquefac in crucibulo magno & excipe cũ cochleari ferreo proijciendo super lapidem planum & sunt laminæ, quas cooptabis ad laborem prædictum secundum bene placitum tuum.

Animam extrahere.

Recipe lunam, quam sine fluere & in fluxu proijce intus de talck quod trahit ad se animam lunæ. Post extrahe animam in aceto ter distillato. Et luna fixabitur si cum alio talck sæpius fluxerit & nota quando extracta est anima. Tunc terram recipe & extrahe ab ea oleum combustibile. Post funde super terram de phlegmate distillato & extrahe ab eo eius sal & tunc recipe spiritum in quo est anima & planta in terram paulatim, semper cum octaua parte aquæ, imbibe terram & reitera

reitera semper deficcando in leui calore per diem & noctem donec bibat quantum bibere potest. Post distilla (aliâs sublima) vt scis & habebis intentum.

Sol & Luna.

Recipe limaturæ solis vel lunæ & pone in vitrum. superfunde aceti non distillati sufficientiam & fac stare quatuor vel quinque dies vt putrefiat, post effunde acetum & limaturam bene laua cum sale communi, vt fiat munda, & sicca in lapide, tunc imbibe cum aqua salis armoniaci. Tere & fac exiccare in sole & hoc, scilicet, terendo, imbibendo & exiccando fac toties quoties in die poteris, & sic continua, donec materia denigrabitur. Antea veniunt multi colores de quibus non est curandum. Et quando materia difficulter coagulatur in lapide ad solem & quando deuenerit ad hoc vt mit * solui in sole, tunc sufficit. Modò pone lapidem cum materia in cellarium & resoluitur tota in oleum per noctem. Hoc oleum pone ad fimũ per quinque dies vt putrefiat. Tunc distilla per alembicum in calido & humido. Quo facto recipe spongiam marinam mundam & intinge ipsam in aquam salis ammoniaci quæ mutat super oleum. Et extrahe sic sal ammoniacum. Quo extracto, exprime sic spongiam cum manu & omnino extracta aqua salis armoniaci ab oleo, tunc fun-

SCD Lyon 1

de aquam desuper communem tepidam, & sic totam salsedinem cum spongia, vt est prędictum extrahes, donec nullam salsedinem sentias, & est oleum totum dulce.

Vnderschlag.

Recipe aluminis calcinati & salispetrę an. part. j. Fluant. Dessen iiij. loth auff j. marck lunę felt die luna ohn alle schwechũg deß aqua fortis.

Tinctura.

Recipe solis tenues laminas quantum vis, & pone in oleo & bulli simul in vno vitro & pone intus vinum sublimatum & incende & mitte ardere & fiet, calx auri & hoc fac ter vel plus. Pòst recipe calcem & tere cum sale armoniaco fixo an. bene super lapidem & pone modicum de forti aceto. trita pone in vitrum bene clausum luto sapientiæ in fimo equino 8 diebus & fiet rubea aqua. Pòst recipe Mercurium sublimatum & pone in aquam & tere super lapidem & fiet puluis rubeus & pone in fimum 8. diebus, & fiet aqua, quam congela, tunc tingit pars j 100. lunæ.

Augmentum lunæ probatum.

Recipe aluminis bene calcinati ℔. j.
Salispetræ ℔. ij.
Fac aquam fortem & purga. De illa recipe 8. lotones, in qua solue ℥. ij. lunæ. Iterum recipe de prędicta aqua ℥. ij. quibus adde salis armoniaci

SCD Lyon 1

moniaci modicum & in illa aqua solue vnc. ij. arsenici metallici vel chrystallini. Iterum recipe vnc. ij. apposito sale ammoniaco & solue vnc. ij. Mercurij sublimati, illas aquas omnes specialiter serua, quamlibet per se ipsam. Tunc solue in eadem aqua forti ℔. j. Veneris purgatæ, quæ solutio fit forte in 24. lotonibus. His omnibus solutis, coniunge omnes aquas in magna cucurbita, vnnd geuß darnach ein viertheil wasser daran/laß stehn 3. stund vt misceantur. Post distilla das aqua fort dauon per alembicum, tunc remanebunt feces adhuc madidæ in fundo, quas sicca per prunam lentam, dein recipe salis petræ vnnd geflossen saltz/vermisch es vnder die puluer inn ein tigel/setz in ein windofen/laß miteinander fliessen/geuß dann in ein eingguß oder tigel mit honig oder vnschlit bestrichen/das zerschlag vñ treibs ab auff dem test/so hastu 24. loth lunæ.

Cement regal.

Nim̃ ij. theil ziegelmel/ein theil saltz/feuchts an mit essig/darinn gradier.

Aqua physica.

Recipe sal armoniacum sublimatum ter & solutum & distillatum & coagulatum & iterum resolutum & distillatum. Ita ter. Et si solutum fuerit in aqua vitæ & distillatum & coagulatum & in fine resolutum, soluit omnia corpora calcinata & combusta, & om-

SCD Lyon 1

nes ſpiritus calcinatos & ſublimatos ſolutione mirabili in crucibulo ſuper ignem in vna hora cum auxilio Dei & eius virtute.

Item.

Componamus aquam noſtram Phyſicam cum Dei adiutorio & eius virtute. Recipe ſalis armoniaci ſoluti & diſtillati ter ad minus drach. vj. de oleo rectificato drach. vj. Miſce ſimul & imbibe 6. de prædicta lamina ſuper porphyrium paulatim vel ſuper tabulam vitream donec ebibat & cum totum abſorbuerit, ſine in vaſe vitreo ſub fimo equino tribus diebus. Quarto die proijce hoc ceratum in tres libras aquæ vitæ iam dictæ & mitte in ventrem equinum per 15. dies. 16. die inuenies laminam ſolutam in aquam albam vt lac, mutato tamen fimo de quarto in quartum diem & hæc aqua vitę completa & hoc oleum phyſicum eſt, aqua penetrans & ſerenans & candelas accendens & domum illuminans: & qua omnes philoſophi ſuſtentati ſunt. Cum hoc retinetur omne volatile à fuga, videlicet Mercurius & ſulphur & arſenicus. Et aliqua, Arſenicus, Sulphur, Mercurius, dico ſublimata & calcinata quæ omnia iam prædicta ſunt.

Candida.

Recipe Mercurialis,
Sacchari ana.

Miſce

Miſce ſimul ſine ſtare per nouem dies. Pòſt extrahe oleum ad modum laicorum. Iſtud eſt perfectum ſi perfectè fiat. Et ſi poſtea in ampulla vitrea ponatur, lucet de nocte & facit pulchrum colorem in facie hominis vel mulieris. Item ſi quis de eo oleo quotidie mane bibit, etſi eſſet 100. annorum, color eius in facie iuueneſcit & omnia membra eius alleuiantur & non poteſt fieri triſtis. De hoc oleo ieiuno ſtomacho vſque ad quadraginta dies perfectè curat epilepſiam de quadraginta annis. Item aſthma. Candida confortat neruos hominis vltra omnes ſpecies. & mixta cum caſtoreo ſumpta per os remouet omnem membrorum contractionem & facit neruos dormientes ſanos. Quare his rebus perferimus pretioſum. Item ipſius candidæ gutta j mane in oculis poſita clarificat oculos & ſanat.

Item.

Recipe candidam, aurum foliatum, perlas orientales, Rhabarbarum ana. Simul terantur. Iſtæ enim eſt ſumma medicina lepræ, quā perfectè curat, ſumpta quolibet mane ieiuno ſtomacho, & facit bonum colorem ſed oportet parum bibere & bonum vinum in hac cura. Debet autem vti hac medicina, quouſque color faciei ſit bonus & erit perfectè ſanus, Deo placente.

SCD Lyon 1

Aliter.

Recipe Mercurialis & Meteri ana. Miſce ſimul illo modo vt Mercurius caleſiat prius in tegula & fac ſtare pet nouem dies. Pòſt extrahe oleum ad modum Laicorum. Iſtud oleum eſt perfectum, &c.

Ein liecht das allweg brennt.

Nimb vom zucker quantum vis, Mercurij tantundem ana. Miſce optimè, ſine ſtare ad 13. vel 14. dies, poſteà diſtilla vt oleum, vnnd nimb dann ein weiß leinin tůch/ vnnd dring es hindurch/vnd wer es thůt in ein glaß/ſo ſcheint es alß ein liecht.

Fixatio Mercurij.

Recipe alumen, fecem vini, ſolue in vrina quam diſtilla per filtrum. Tunc reſolue in eo ſulphur tritum bulliendo. Tunc impone Mercurium & fac lento igne bullire ſemper mouendo, quouſq; fugiat ignem.

THEOPHRA-

SCD Lyon 1

THEOPHRASTI PARACELSI MAGNI, PHI-

losophi excellentissimi, atque vtriusque Medicinæ Doctoris,

SECVNDVM MANVALE.

Emplastrum mirabile contra lapsum, rupturam, vel alterationem iunctrarum, sanans in quinque diebus.

RECIPE Thuris albi, Resinæ puræ albæ ana ℔.j. Capitum lacertarum, Cinamomi ana vnc.iiij. Zingiberis albi part.j. Garyophyllorum ℥.ij. Piperis longi ʒ.ij Piperis albi. Pulueriſentur, & miſce ſucci aſſatarum ceparum in cineribus j.℔. coque apud carbones: pòſt recipe pannum album & hanffenwerck / & madefac in aceto fortiſsimo, pòſt expríme, & pone ſuper pannum, pòſt emplaſtra, & calidè ſuperponatur, & curabitur.

Archiemplastrum vulnera putrefieri non permittens, sed consolidat.

Recipe Albuminis oui, & diſtempera cum oleo communi & vino, & cum pulueribus de Iuniperis & Garyophyllorum. Fiat emplaſtrum.

SCD Lyon 1

Contra omnia vlcera mala experimentum optimum.

Recipe Tartari calcinati, & dissolue eum in aqua communi, & madefac pannũ, & pone super locum, & corrodit carnem mortuã, & cùm caro rubea est, supersparge de pice, & sanabitur.

Emplastrum de Minio.

Recipe oleum & calefac, & impone Minium donec nigrescit, pòst effunde, & factum est.

Contra dolorem vlcerationis Testiculorum.

Recipe Aloepatici, Albi Græci, Aristolochiæ rotundæ ana quantum vis. Fiat puluis, & supersparge, & miro modo valet.

Ad expellendum dolorem iuncturarum, scabiem ex corpore, &c.

Recipe Altheam, & fac bullire in vino & da ad bibendum de sero, & valet. Similiter Hypericõ prædicto morbo præparata valet maximè, & debent prouocare sudorem.

Contra scabiem in manibus & in ore, experimentum optimum.

Recipe Vini ardentis ℥.j. Arsenici puluerisati ʒ s. Misceantur, & bene lauentur, & curantur.

Aliud ad idem.

Recipe Aquæ fortis quantum vis, Arsenici quantum vis, vt suprà.

Cauteria,

SCD Lyon 1

Cauteria, & nota bene.

Superſparge Colcothar, aut Tartarum calcinatum, aut alumen calcinatū, & eum extinctum cū aceto, aut recipe aceti fortiſs. & pone intus alumen calcinatum. Et fac bullire quouſq; exiccabitur, & pannum ſuperpone, & corrodit omnem carnem mortuam.

Vt corroſiua ceſſent.

Impone Butyrum aut oleum.

Ad dolorem iuncturarum.

R. grana Iuniperi & fac bullire in vino, & laua damnum, & curabitur.

Aliud.

Recipe olei Vitrioli, & olei Terpentinæ, miro modo valet vel Mel & Terebinthina diſtillata. Valent & omnia calida.

Contra ſ igwartzen.

Recipe grana Iuniperi, & cum eis inunge ſcabies, ſcilicet ſigwartzen ſæpius, & omnes illos expellit. Probatum eſt.

Ad Tuſim antiquam.

Decoctio centri Galli, & puluis illius herbæ cum melle liberat tuſsim antiquam.

Ad Aſthma.

Recipe pulueris Hyſſopi cum vino. valet & pulmo de vulpe.

Electrum ad idem nempe ad Aſthma & Diſpneam, & orthopneam mirabile experimentum.

Recipe Sauinæ ℥.j. Butyri ℥.iiij. Mellis deſpumati ℥.iij. Da ieiuno ſtomacho.

SCD Lyon 1

Aliud optimum.

R. Amygdalarum dulciũ ℔.j. Anisi ℔ iiij. j.quart. Sacchari q.s. Fiat puluis comeditur continuò, & masticatur.

Contra omnes febres.

Recipe Visci quercini pulueri sati. quantum sit cochlear cum vino ardenti bibitur, & probatum est.

Aliud.

Recipe aquæ Absinthij, & cinerũ Absinthij q.s. & fac alcali, & da ʒ.s. pro dosi. Curat omnes febres.

Aliud.

Recipe Elleborum nigrum, & fac eum bullire in vino, & bibe.

Aliud.

Recipe Mercurij præcipitati, & detur in hostia. Item nota, In quartana debet fieri scarificatio in spina dorsi, vel sæpius, & maximè valet, & minutio quæ fit in Saluatella sinistræ manus ante paroxysmum.

Contra pustulas in principio.

Recipe vas, & fac plenum de fumo ligni Sambuci, pòst intret patiens, & prouocet sudorem.

Balneum ad pustulas.

Recipe cortices Iuniperi, & fac bullire in aqua: dein suffumigetur patiens, ne tangatur aqua, & valet.

SCD Lyon 1

Ad dolorem dentium si habuerint vermes.

Recipe fumum seminis Hyoscyami per embotum ad dentem, & cadunt vermes.

Ad dentium dolorem.

Herbam Dentinam, id est Policariam, vt Flöhkraut. Superpone, miro modo valet.

Aliud.

Recipe radicem Hyoscyami, & fac bullire in aceto: post tepidè teneatur in ore, & valet.

Aliud.

Recipe fungorum Sambuci, & madefac in aqua rosarum, & dentium doloribus superpone, & sedantur.

Hostia laudis.

Recipe Aquæ rosarum ℔.j Diagridij preparati q.s. Fiat hostia.

Contra dolorem splenis.

Bibe de Tamarisco: valet etiam oleum Tartari.

Ad diuertendum fluxum aurium & oculorum.

Recipe radicē Flammulę maioris, & pone in occiput, & erit vesica, quæ aperietur.

Contra rupturam.

Recipe puluerem Saniculæ, & da in potibus, & ciba eum. Etiam Consolida bibita valet miro modo.

Contra Alopeciam.

Recipe Aloepatici, Albi Græci, Salis communis, & oleum quantum vis, inunge lo-

SCD Lyon 1

cum & valet, quia probatum est.

In Dysenteria.

Bibe Bolum Armenum cum vino rubeo, & per se liberat patientem.

Aliud.

Columba assata in cera eodẽ modo facit, & hoc est experimentum Galeni.

Attractiuum in ore.

Recipe Pyrethri, seminis Plantaginis, Staphis agriæ ana quantum vis, cum aceto fiant pillulæ, & teneantur in ore.

Contra Vuluam.

R. folia Visci quercini, comede de mane.

Ad Pulmonem.

R. elect. de succo rosarum, & comede. vel Viscum quercinum in vino bullitum.

Attractiuum summum super cutem.

R Cantharides, Calcis viuę & Opopanacis. Fiat emplastrum, & superponatur.

Attractiuum in vlceribus.

R. fructus Abietis & fac bullire in aqua, donec fiat emplastrum, & superpone.

Gamendræa.

Bullita in vino & in Maio, tantũ expellit de superfluo sanguine quantum bibisti.

Incarnatiuum.

Recipe Terpẽtinæ lotæ & Lumbricorum terræ, Consolidæ, & Aristolochiæ rotundæ. Fiat vnguentum, & vtitor.

Ad

SCD Lyon 1

Ad dentes nigros ex pustulis.

Recipe Aquæ fortis & laua dentem, & valet in momento.

Ad inuersionem palpebrarum.

Epiglottum est instrumẽtum cum quo eleuantur capilli, pòst lauantur, vt scis.

Contra fluxum sanguinis narium, & vulnerum.

Recipe Terræ sigillatæ, Pilorum leporis, Boli Armenici. Fiat puluis. Superspargatur, & valet miro modo.

Aliud.

Recipe de Graminibus quę crescunt super capita demortuorum, & puluerisa, omnem sanguinem sistit mirabiliter.

Contra Herpetam mordacem.

Recipe Vini ardentis q.s. Camphoræ q.s. & laua membrum, super omnia valet.

Aliud.

Recipe succum Menthæ, & Sulphuris, & aceti q.s. inunge, & valet. Mandragora datur propter somnum.

Contra Cancrum mammillarum.

Recipe de Sercote ouium, & calide superponatur, & valet.

Aliud ad Cancrum.

R. radicis Linguæ bouis vnc. ij. Axungiæ

SCD Lyon 1

veteris vnc.iij. Cinamomi, radicis Chelidoniæ ℥.j. Ceræ q.s. Fiat vnguentum.

Contra Hydropisin.

Fac in vino bullire Wintergrün cũ aqua, & bibatur, maximè valet. Etiam Raphanus præparatus.

Ad Memoriam.

Recipe confectionis Anacardinæ & come de. Etiam mel Anacardinum quod sic fit: Recipe mellis & Anacardini ana. decoquantur vsque ad spissitudinem.

Ad subitam raucedinem vocis.

Recipe seminis Fœniculi, Anisi, Apij, Aneti, Pulegij ana ℥.j. Absinthij, Menthæ ana M.j. Bulliãt in vino, & addatur Fœnumgræcum, & gargarizentur. Vtatur per 3. aut 4. dies, & vocem deperditam recuperat.

Contra nimiam pinguedinem hominis.

Bulliatur Tartarum per horam in vino, & bibatur, & exiccat omnem pinguedinem.

Ad oculos percussos & læsos.

Recipe folia Agrimoniæ, contunde & tere, & cum albo oui superpone.

Emplastrum ad Vuluam.

Recipe Picis liquidæ, Masticis, Olibani, tepidè in occipitium ponatur, quia multum valet.

Contra Schrophulas.

Phlebotomia in vena capitis per interualum facta, valet.

Item.

SCD Lyon 1

Item.

Recipe radicem Scrophulariæ cum farina mixtam, vel quocunque modo poteris. mirabiliter.

Euphorbium in ouo sorbili per secessum educit.

Emplastrum Apostolorum vel Diachylon valet.

Contra dolorem dentium.

Masticetur radix Maluæ. Etiam Mastix, vel Galbanum vel Castorium, & est experimentum.

Ad Maniam.

Raphanus tritus & super cerebrum positus valet.

Contra vermes in ventre.

De manè comede Agaricum ʒ.j. Sumach dissolutum idem facit. Creta idem.

Contra spasmum.

Recipe Calcis viuæ, aut oleo aut aqua cõmiscatur, & inunge neruos. Succus Flammulæ idem facit, & vrina hominis.

Ad vlcerationem vesicæ.

Datur Terpentina lota in hostia ad deglutiendum.

Item.

Trocisci de Alkakengi.

Ad dolorem Epatis.

Electuarium Diacubebe sumptum maximè valet, quia probaui.

SCD Lyon 1

In Epidemia.

Camphora aut Mercurius præcipitatus ſunt optima remedia.

Contra Bubonem.

Recipe Chimoleam, & ponitur ſuper eſt, & in tribus conſumitur diebus.

Contra Icteritiam.

Recipe medium corticē vom Alberbaum/ & bibe de ea.

Ad aperiendum vulnera.

Recipe iiij.part. Maluæ, iij.part. Valerianæ. Tere ſimul bene, & ſuperpone pernoctē, & aperietur.

Contra aduſtionem ignis.

Madefacito pannum in lacte tepido, aut dolor cum lacte tepido lauatur, & pro certo valet.

Ad idem.

Mucilago citoniorum ſuperpoſita valet.

Contra cicatrices.

Recipe Sulphuris & aceti an. Fiat vnguentum & inungatur. Hoc verum eſt.

Ad expellendum puſtulas de corpore.

Recipe Verbenæ & herbæ Fragarum, bulliant in aqua, & detur ad bibendum.

Dem elendt hab ich geſchoſſen/
Allt gedancken hab ich verlaſſen.

Pilulæ magnæ virtutis, & vocantur, Veni amice, & ſurge, ambulabis.

Recipe Cinamomi, Aniſi, Cardamomi, Zingi-

SCD Lyon 1

Zingiberis, Cymini, Zedoariæ, Masticis, Macis, Nucis muscatæ, Gariophyllorum, Croci, Cubebarum, Ligni aloes, Turbith, c.q. Mirabolanorum omnium, Agarici, Senæ, Mannæ ana drachmam j. Rhabarbari electę ad pondus omnium. conficiantur cũ succo Rosarum, aut Violarum. Fiant pilulæ magnitudine grossi ciceris, possunt omni accipi hora. Valent quasi in omnibus morbis, præcipuè phlegmaticis & corrosiuis.

Contra spasmum.

Vnge crura & tibias ex Dialthea, Martiaton, Agripp. oleo laurino & petroleo. Et illa liquefac iuxta ignem, inuolue crura sicut in stupa bis, & valet mirabiliter, quia liberatus est.

Contra Vertiginem.

Emplastrum factum ex Chelidonia, Plantagine, & Hedera arborea, & oleo camomillino, & aceto capiti abraso superpone, & mirabiliter valet in vertigine.

Item.

Mica panis infusa in succo Cidoniorum, & datur ad comedendum ieiuno stomacho. miro modo valet.

Summum remedium in vertigine & scotomia.

Quando patiẽs in omnibus remediis non liberatur, incidantur duæ venæ, non pul-

SCD Lyon 1

ſatiles, quæ ſunt ſub aures, & quidã faciunt ibi cauterium, & ſum expertus.

Ad loquelam.

Dabitur in potu puluis Caſtorei, Nucis moſchatæ, Gariophyllorum & recuperabit loquelam. Item puluis ex Caſtoreo factus, & teneatur ſub lingua. miro modo valet.

Experimentum ad loquelam recuperandum, & materiam euacuandam à ſuperioribus, & hoc emplaſtrum capiti abraſo ſuperponatur. Recipe Serapini, Aſæ fœtidæ, Opopanacis, Galbani, Ammoniaci, Euphorbij ana ℥.j. Caſtorei ℥.ij. Omnia liquefiant ad ignem, excepto Caſtoreo, & cum oleo laurino & roſarũ ad pondus omnium, & parum ceræ Fiat vnguentum Et inungatur ex eo totum caput: poſtea accipe 40. Cantharides, abſciſsis capitibus, & terantur cum pauca axungia & melle, & ponatur ſuper occipitium & collum, & ibi fit veſica, & ibi efflunt omnia.

Nota.

Pilulæ ex Caſtorio, & Saluiæ ſucco, & melle, in modum fabæ ſub lingua ponãtur, & recuperabit loquelam. Probatum eſt.

Contra Lithiaſim,

Pulueriſa ipſum, & calcinetur, & detur in vino ad bibendum, & in 12. diebus omnino in forma arenæ eum expellit.

Ad inciſionem venæ factam in phlebotomia.

Summum remedium eſt, vt ſi ſanguinem illius

SCD Lyon 1

illius venæ acceperis admixtum farinę, & calidè superpositum. vel sanguis alterius idem facit.

Ad tumorem testiculorum.

Accipe de fabis & pulueriſa, & fac bullire cũ vrina maſculi, & adde mellis, &c. Fiat emplaſtrum.

Idem.

Recipe Cicutæ coctæ ſub cinere, contere in panno cum aceto, & fiat emplaſtrum. Valet etiam ad idem, & ad podagram. Inflammationem, dolorem mammillarũ, & ad pruriginem genitalium tollendam. Salura & Ruta in vino decocta exin genitalia fomentur, vtriuſque ſexus libidinem tollit.

Ad oculos & capillos.

Recipe Aquæ roſarum, Camphoræ. Miſce, & pone in vitrum perlutatum ad Solem tribus diebus, dein oculis imponitur: facit pulchritudinem oculorum mirabiliter, & aufert libidinem.

Aliud.

Collirium optimum ad omnem lippitudinem & ophthalmiam. Recipe Sarcocollæ ʒ.j. Camphoræ ſcrupul.s. Tutiæ ʒ.ij. Croci ſcrup.j. Diſtemperetur cum vino & aqua roſarum, & oculis bis vel ter inſtilletur, & mirabiliter valet.

Aliud contra maculam, videlicet oculorum Albulam & Cataractam.

Recipe Flor. æris ſcrup.j. Salis gemmei ʒ.s.

SCD Lyon 1

Distemperetur cum Vitrioli albi ʒ.s. & in vase æneo corporetur. & ex hoc collyrio gutta j. vel ij. oculis imponantur, & poteris seruare ad totum annum in vase æneo.

Aliud contra percussionem oculorum potentissimum remedium.

Recipe Medullæ panis triticei cùm venit de furno, & in optimo vino albo infuso, & ter vel quater oculis imponatur in die, quia mirabiliter valet.

Aliud.

Quòd si semen Fœniculi aceto infundas, & sicces, & optimi Cinamomi ana ei addantur, Sacchari q.s. Euphragia idem facit.

Aliud contra capillos in oculis perpetuò ad tollendum.

Recipe succum Cicutæ, & cum pauco lixiuio communi teratur, & inungatur locus, & nunquam nascentur pili.

Vt pili crescant.

Recipe pulueris Condisi, & cum oleo de vitellis ouorum artificiosè extracto modo alchimico, & miro modo facit renasci pilos vbicunque volueris.

Ad dolorem aurium apostematum.

R. Card. benedictum cum vino pistatum, & parum farinæ, & fac emplastrum. omnia apostemata miro modo tollit.

Item

Item lac mulieris cum felle caprino.

Fœtidis auribus prodest mirabiliter, si calidum fuerit iniectum. Frondes Iusquiami per suum fumum vermes cadere faciunt. Succus Vrticæ restringit sanguinem aurium, si fuerit immissus.

Vt dens cadat per noctem.

Recipe Auripigmenti, Armoniaci, Rhabarbari. Terantur, & cum aceto fortissimo fiat emplastrum, & super dentem læsum ponatur per noctem, & facit eum cadere.

Contra calculum.

Recipe Aquæ epaticæ bullitæ cum vino. imponatur per syringam in vesicam, frangit ipsum. etiam silici impositum.

Item.

Medius cortex Tiliæ idem facit.

Ad macerandum corpus pingue.

Detur in vini x. mensuris M.ij. Azari baccarum. Da bibere, & cùm nares anfahendt schwitzen/cessa.

Aqua quæ euellit capillos, & cogit vt non renascantur.

Recipe Salis nitri ℔ j Aluminis scissi ℔.s. Distilla in aquam per alembicum. Prima aqua remouet lentigines de facie, & literas de charta, deponit capillos vt non renascantur. Secunda aqua corrodit metallum.

SCD Lyon 1

Oleum Camphorae.

Recipe Ouum assatum, vel bullitum, secindatur per medium, & vitellus deponatur. Camphora pulueriſata eo cōcluditur, & ſtatim ſoluetur in oleum, quod effunde.

Ad portandum ignem per totum diem.

Das inner marck in Bintzen laß ligen in brandtwein/in quo ſalpetrę ſit ſolutū, exicca bene, tum apud carbones potes accendere, & longitudo vnius palmę durat vnam horam.

Zu ſchieſſen iij. M. ſchrit mit ein waſſer.

R. vj. part. Aquæ Salis petræ, ij. part. Olei Sulphuris, ij. par. Aquæ ſalis ammoniaci, & ij. part. Olei benedicti. pone in bombardam cum lapide, & accende, miro modo laborat.

Ignis perſicus.

R. j. ℔. Balſami, j. ℔. Terpentinæ, j. ℔. Albuminis ouorum, j. ℔. Olei lini, x. ℔. Calcis viuæ. Fac in paſtam, & ab aqua incendetur.

Nota.

Benedicta medicina contra omnem fœtorem oris & anhelitus. Recipe Dragaganthi ſoluti in aqua roſarum, Zucchari pulueriſati modici. bene moue cum ſpatula, modò agitando; pòſt adde de farina & pulueribus Sandalorum q. s. agitentur valdè bene in paſtam, & adde modicum de muſco, & exiccentur. Fiant trociſci, vel quaſi pilulæ.

Nota.

SCD Lyon 1

Nota.

Quod de dragacantho nõ multũ accipias.

Contra rubedinem oculorum & lachrymarum & apostematum.

Fac bullire cũ aqua simplici farinam frumenti von rockenmel/ & super fumum tene oculos donec flere cessent. Mirum experimentum probatum.

De epidimia nota balsamum.

Recipe Euphorbij ʒ.j. Masticis ℥.s. croci ʒ.s. Fiant pilulæ in quãtitate pisæ. Detur ʒ.s.

Ad oculos & contra maculas.

Recipe auem ouorum & cum saccharo putissimo fiat vnguentũ, cum quo inungatur.

Medicamen ad vlcera antiqua.

Recipe croci, aloepati ana.

Ad aures.

Ciminum cum butyro mixtum miro modo ventositatem & tinnitum aurium tollit. Vrina virginis cum melle despumato valet miro modo. Fel leporis cum adipe anguillæ vel lardo, vel succo hederæ aut vino albo calido, impellitur per cannulam vt fumum recipiat, valet mirabiliter ad omnia. Oleum terpentinæ calidum iniectũ mirabiliter valet. Similiter medulla vituli calida iniecta. Radix lilij in oleo camomelino, petroleo, & sambucino & communi coctum & fiat emplastrum. miro modo maturat.

SCD Lyon 1

Contra strumam.

Quidam comedebat plures de serpẽtibus albis grossis abscissis capitibus & caudis decoctas anetho, pipere, cinnamomo & sale, &c. Scrophulana idem facit.

Ad generatiuam virtutem recuperandam.

Recipe Euphorbij, baccarum lauri, erucæ seminis. Bulliant cum oleo communi & inunge genitalia & renes, miro modo generat virtutem generatiuam.

Ad idem.

Testiculi Taxonis bibiti per triduum libidinem indeficienter dant. Item Satyrio si in manu teneatur. Verbena in manu portata non finit virgam erigi.

Vt pili nunquam renascantur.

Locum abrasum inunge cum sanguine vespertilionis & nunquam crescunt, vel rana paruæ.

Item.

Vrina pueri cum farina fabarum nunquam finit pilos renasci.

Ad apoplexiam, & est balsamus.

Recipe Galbani ℔.s. Gummi ederæ ℥.iij. Terantur & misceantur & distilla. & aqua & oleum quod distillatum est misce cum aqua vitæ ter distillata & oleo laurino & terpentinę, & iterum distilla & separantur quatuor Elementa, & serua.

Alius

Aliud.

Acorus conditus, valet item alexandrina aurea.

Item.

Sola ſpica tenta in ore omnem catarrhum per diem & noctem ſiſtit.

Ad loquelam in paralyſi.

Recipe Euphorbij, caſtorei, maſticetur vel teneatur ſub lingua. Electuarium lætificans cor, Epar, cerebrum mirabiliter. Recipe Roſarum, Cyperi an. drach vj. Caryoph. Maſticis, ſpicę, azari an. drach. ij. Cinnamomi ʒ. iij. croci drach. ij Macis, Cardamomi, Maratri an. drach. j. Nucis muſc. drach. j. s. Meliſſę, fol. Indi. boraginis ana. drach. ij. rad. ling. bouis, Caryoph. os de corde cerui, Ariſtol. longæ ana. drach. ij. Marg. perfor. & non perforat. Traganthij an drach. ij. Terantur, radices & herbæ coquantur cum ℔ j. Emblicorum in ℔ viij. ſucci boraginis vel aquæ ad tertiam partem. dein cum melle & addantur tunc aromata.

Remedium Cicutæ.

Poſt comeſtam cicutam cum mania incipere vult, hauſtus vini calidi ſumptus valet.

Ad venenum.

Poſt comeſtum venenũ mox aut vomitus puocetur aut materia ſuffocetur & illa ſuffocatio fit cũ oleo bibito, aut comeſto butyro.

Ad bubonem.

Chimolea emplaſtrata p ſe, & buboni ſu-

SCD Lyon 1

perposita valet.quod in tribus consumitur diebus.

Ad restringendum sanguinem.

Sume den stegreiff/in den hafen calcinatur in cineres. valet maximè.

Vel.

Stercus porcinum emplastratum.

Nota bene.

Sibeta est animal & eius pinguedo valet multum.

Incarnatiuum.

Crocus Martis maximè consolidat, similiter lateres & pix naualis & valet contra dysenteriam crocus Martis.

Puluis in podagra.

Recipe osium humanorum calcinatorũ ℔.j.lentis, fabarum, ciceris an.quartũ j.senæ ℔.s. sacchari q.s. Fiat puluis & addantur turbith ʒ.v. hermod.ʒ. iij.s. scammoneę ʒ.ij.

Ad mollificandum apostema.

Mucilago fænigræci in modum Emplastri. valet etiam malua & bismalua & Mercurialis. decoquantur & fiat emplastrum.

Item.

Emplastrum factum ex oleo philosophorum & origano idem facit.

Nota.

Quamdiu agrimoniam tecum portaris, nõ eris potens. & verbena idem consimiliter.

Iusquiamum.

SCD Lyon 1

Iusquiamum.

Membro superposito, inungantur genitalia cum oleo & cerebro cornicis & valet.

Fel galli etiam facit si superpositum est & vxor alium non amat.

Item.

Axungia hirci & vnge membrum.

Vt dens cadat sine dolore.

Recipe stipitem semperuiuæ, hoc est iusquiami & calefactum ad ignem tunc tange dentem & cadit per spatium.

Sequitur aliud ad idem.

Tange dentem cum lacte caniculæ frequēter & cadit sine dolore.

Ad extrahendum sagittas.

Recipe agrimoniam cum radice & decoque & superpone & valet.

Contra spasmum.

Laua locum cum aceto bullito bono & sanaberis & nunquam venit amplius.

Ad alopeciam.

Recipe lacertarum cineres & supersparge.

Electu. iuncturarum.

Recipe mirabol cheb. ʒ.x. Croci ferri ʒ.ij. Agarici ʒ.ij. s. zingiberis, pip nigri caryoph. an. ʒ.j. s. conficiatur cū melle & est mirabile.

Ad idem.

Recipe aquæ verb distill. & aq. beth. distill. cum vino ardenti dein misce & bibat mane.

SCD Lyon 1

Ad phlebotomiam sine incisione.

Eliotropia, facta vt gamandrea, sicut præscripsi & locus lauatur & minuitur sanguis.

Contra lupum aur.

Recipe de mixtione pulmenti quæ iacet in den Farlen issen & laua locum.

Contra dolorem.

Aqua brunella bibita sed melius gargarisma illius omnem tollit tumorem & dolorẽ.

Ad dentes clarificandos.

Frica eos cum puluere vitri.

Nota.

De cautelis in dolore iuncturarum. Quod si pulsatiles temporum inungantur cum oleo calido aut crudo aut distillato, aut alio vnguento calido, tum febris generatur, in febre curatur dolor iuncturarum.

Contra Dysenteriam puerorum

Recipe vini boni & extingue chalybem in eo sæpius, post bibat.

De vermibus notandum.

Hypericon, quod si portatur, à vermibus nullus lædetur. Et quando ponitur super caseum vermiculosum, omnes decidunt.

Vel si suspenditur de collo animalis, non manebunt vermes. Vbi est nõ manebit phantasia spectri.

Virginem corruptam restituere

R. de consolida & bulli in vino vel aqua, de quo bibat continuò & crede mihi, rursus claudetur vt non noscatur corrupta esse.

Pilulæ

SCD Lyon 1

Pilulæ quibus similitudinem non inueni.

Recipe opij Thebaici recētis ʒ.j. ſpec. Diatraganthi drach iiij. Diamargarit. Fiāt pilulæ. Da drach in doſi quandocunque neceſſe fuerit vel ij. ad ſummum, ſedant dolorem colicum, Iliacum, febres, dolorem oculorum dentium, capitis, &c.

Contra colicam paß. expertum.

Recipe vini optimi in quo fac bullire aliquam partem cinnamomi & da bibere & valet maximè.

De puſtulis.

Recipe agrimoniam, fac eam bullire in vino, inungantur iuncturæ pedum, genuum, cubitorum, manuum & vbique.

Für das grimmen im bauch.

Recipe ſerum lactis in quo fac bullire abſinthiū & da bibere & valet ſępiúſq; bibitur.

Contra interfectionem inguinum à gladijs vel cuſpide.

R. rubearū raparum herbas & comede & bibe & ſanabitur miro modo. Epiſc. Gurcen.

Contra Morphæam & lentigines faciei. Corbuer.

R. flores flammulę per ſe & diſtilla in aqua roſarum & tange faciem cum panno per dies 10. & manear in ſtuba & cū radice expellitur.

Contra herpetam mordacem.

R. drach. j. aquę roſarum & drach. j. lixiuij fortiſsimi drach. j. olei oliuæ. miſceantur & fiet lac lege hinder dein ſchaden.

SCD Lyon 1

Contra febres.

Recipe testas testudinum longiorum & da bibere, valet. Sed prius bulliant & munden. turbis.

Ad calculum.

Da bibere pirolam minorem patienti & fac sibi balneum, miro modo prodest.

Oleum mitigatiuum.

Recipe mellis & terpentinæ ana. Distilla per extinctionem laterum vt scis & fiat oleũ Augustini Kursue.

De calculo.

Recipe cineres fabarum & pone in vinum maluaticum & quasi lixiuium fiat & clarifica & da bibere vt scis, curat & expellit calculum in forma arenæ super omnem modum, & est ars transmarina.

Item aliud.

Oxímel factum ex epatica, hoc est Kunigundt kraut / ist schier wie hanff / braun farbe bletter. Da bibere, maximè valet.

Contra noli me tangere.

Inunge faciem cum axungia ranarum. curat in 7. diebus.

Aliud.

Cinerẽ murium domesticorum superspange. valet mirè per consolationem.

De folijs quercinis.

Qui semel in hebdomada comedit vnum foliũ, non habebit os fœtidũ, curat vulnera.

SCD Lyon 1

Ad pulchritudinem faciei.

Recipe de ſtercore vaccarum, quod diſtilla per alembicum roſaceum, hæc aqua valet miro modo ad clarificandam faciem & dealbādam cutem, vt nobilis dicitur aqua ſtercoris humani ad idem.

Remedium contra tumorem.

Recipe ſtercorum vaccarum, quem aſſa bene apud cineres & calidum ſuperpone reincipiendo, dum frigeſcit.

Confortatio naturæ.

Recipe bore. pip. longi, zingiberis, galangę, gr. paradiſi an. ℥.s. caſtorei ʒ.ij. Fiāt pilulę cum melle, & exicca & ante ingreſſum lecti ſume j. vel ij. vel iij.

Aliud.

Fit cum aceto cui ſit admixta aliqua pars croci & bene ſimul agitentur in quo aceto immerge pannum lineum ſecundum amplitudinem pectoris, & expreſſo pāno pone ſuper pectus & reuiuiſcunt & reſurgunt vires mirabiliter.

Ad maculas faciei.

Recipe olibani, myrrhæ, tere, ſuperfunde vinum ardēs & putrefac ʒ. vel 4. diebus. poſt per balneum diſtilla, fecibus adde lateres an. diſtilla. Fiat oleum cum quo extremitates membrorum inungantur.

Contra arenam.

Valent cineres Decumliemi ℈.s.

SCD Lyon 1

Aqua vitæ.

Recipe vini optimi mensuras 6. rorismarini, lauēdulæ, maioranæ, saluię an. Manip. iij. Angelicæ Man. iiij. Gran. Iunip. M. x. Roris. Manip. ij. Melissæ Manip. j. Contundantur simul & mitte stare per noctem, pòst distilla. Huius aquæ recipe q.s. est. Masticis, cinnamomi, carioph. macis an. ℥. vj. zingiberis ℥ x. Distilletur, in quā aquā vitę pone musci ℈. j. ambrę ℈. ij. albi ℥. v. salis. Mitte stare diu satis.

Oleum Christi.

Recipe olei nucis musc. ℥. ij. cariophyl. ℥. j. cinnamomi ℥ s. Misceantur & exprimantur & calefiant & iterum exprimantur. Fiat oleum, in quod pone gr iij. musci, gr. iuniperi ℥. vj. angelicæ vnc. j. amygd. vnc. iiij. Exprimantur & est oleum mirabile quod potes miscere cum vino, aut modica aqua.

Contra calculum.

Recipe cineres fabarū, superfunde maluaticū, quod clarum est, da bibere, & in nouem diebus omnino eū expellit in forma arenæ. Corticum iuleb epatice M. j. vini boni mitte bullire. q.s addatur mellis. Fiet Iuleb.

Ad memoriam bonam.

Recipe gummi hederę, terpentinæ an. cum thuris albi partē dimidiam, & tantum salis communis. Distilletur per alembicum & cū illo oleo inungatur caput & est mirabilis.

Vt pili renascantur in quocunq; loco.

R. stelliones & fol. bullito in aqua & pinguedi-

SCD Lyon 1

guedinē recipe, cū qua vnge locū & crescunt.

Ad faciendum sedes sine dolore.

Recipe raphani maioris, salis, fellis bouis & fiet spissum vnguentum. Et liga super vmbilicū & cum cœperis assellare, tunc depone.

Ad pulchritudinem faciei.

Recipe aquę rosarū ℔.j. sigil. Salom. ℔.iij. camphuræ vnc.j. vini ardentis partem j. olei tartari ℔ j. dragacanthi vnc. iij. aquæ fortis primæ ℥.j. Misce simul & laua faciem.

Ad dealbandam faciem & remouendum lentiginem faciei.

Recipe alum. nitri an. Distilla in aqua & laua faciem cum ista aqua, post inungatur sequenti oleo. Recipe olei camphuræ drach.j. olei tartari vnc.j. dragacanthi vnc.ij. Fiat vnguentum cum quo inungatur facies & colorabitur in albedinem.

Contra asthma, tussim, anhelitum & omnem difficultatem pectoris.

Recipe sulphuris sublimati vnc.ij. sauinæ vnc.j. Ysopi vnc.ij. butyri vnc.iiij. mellis despumati q.s. Detur mane & serò Fiet Electuarium. Addatur centri galli, ammo. ana. vnc.s. amigdal. vnc.j fiet Electuariū. Detur vnc.j. p dosi. miro modo valet. seruat leprosos.

Recipe sauinæ ysopi, centri galli an. vnc.j. gr. iunip. vnc. iij. sulphuris sublimati vnc.v. amigd. dul. vnc. iiij. Diambræ ʒ.iij. succi ros. butyri an. ℥. vj. mellis desp. q.s. fiat Elect. ℥.s. pro dosi. seruat leprosos & curat pustulosos.

SCD Lyon 1

Contra omnia apostemata interna, & contra dolorem splenis & apostematis.

Recipe olei tartari crudi ℥. v. succi Tamarisci ℥.iij. specierũ diacub.℥.ij. diapenid.℥.iij. Sacch. candi vnc.j. Mellis dispumati ad pondus omniũ. Musci gr. iij. Cinnamomi vnc.s. Caryoph. ʒ.iij. Fiet Electuarium, detur vnc. s. vt suprà.

Contra apoplexiam, paralysim, guttam, epilepsiam & dolorem guttosum.

Recipe olei vitrioli vnc.j. Aquæ vitæ sequentis vnc.s. mellis distill. vnc.v. Fiet Elect. Detur drach. j. Recipe vini ardentis vnc.ij. Castorei, piperis, anacardi an. drach.j. Caryophyl. Cinnamomi, Macis, Gran. paradysi ana. drach.ij. Mitte stare 2. dies, post exprime.

Nota ad seruandam iuuentutem.

Quicunque de mane in dosi drach.j. vel drach.s. comedit de pulueribus foliorum senæ. Dicitur maius non esse secretum.

Aliud.

In Iunipero temporibus Maij inuenitur eius flos, & est puluis niger, &c.

Cum floribus hagendorn / eodem modo puluis niger an.

Et ponitur in vitrum & ad distillandum in pane, & conuertitur in oleum. Laudatur super omnem materiam (naturam) & est summum arcanum ad seruandum senes.

Aliud.

SCD Lyon 1

Aliud.

Vidimus vnũ qui accepit de puluere fol. Ellebori, omni mane quãtum inter duos digitos poterat tenere & ille vltra modum senuit, vltra centum annos.

Aliud.

Quidam in patria mea qui rursum dentescebat vt testatur Epitaph. eius his carminib.

Hic iacet canus edentulus atq; decanus,
Rursum dentescit nigrescit & hic requiescit.

Erat autem suum remedium ex Valeriana, & fortasse p separationes Alchimiæ erat factũ.

Aliud.

Factum est etiam quòd quidã accepit Melissam & bibit de ea & factus est edentulus. per istam herbam fit medicina cũ qua senex rursum secundariò reuiuiscit & recuperat fortitudinem.

Aliud.

Et est factum temporibus meis in Alemania, quòd quidam Alchimista fecit spiritum vini & cum hoc aurum potabile.

Et cum illa medicina fecit se quidam Alchimista 50. annorum in forma 20. annorum, tam in fortitudine quàm in pulchritudine. Capilli ceciderunt: Dentes perdebat & omnia rursus crescebant.

Aliud.

Dicitur quomodo Mercurij corpus de auro prædicta miracula solet facere.

SCD Lyon 1

Aliud.

Elementum melissæ ignis cum sua correctione, sine dubio in senibus miro modo prodest: sed tum illa subtilitas vilis causabitur, qui artem intelligit.

Ad reiuuenescendum.

Recipe aquæ melissę partes duas, aquę valerianæ partem vnam. Misceantur & quando sol intrat in libram, incipe bibere, & bibe aquam omni mane 4. aut 5. guttas, vsque ad æquinoctium, ingrediẽte sole in arietem.

Transmutatio panis.

Accipe portionem panis, & pone in fimũ equinum per decem dies, dein excipe, videbis inde acsi caro esset, ex qua carne rubeum exprimitur oleum in Medicinis & Alchimia valens.

Transmutatio vituli.

Accipe vitulũ, mitte putrefieri, ex quo tãdem optimæ apes nascuntur.

Florem rubeum mutare in album.

Accipias florem & tene super fumum sulphuris & citò albescit.

Nota de quodam lapide.

Recipe carabe citrinum, id est augstein & pone eũ in loco in quo sit locus pluuię, quæ de canna terrę fluit & mitte iacere ad aliquot annos, dein excipe secundum quod mutetur ex splendore solis in lapidem pretiosum seu in margaritam.

SCD Lyon 1

Ne vermes corrodant arbores.

Omnis arbor quæ plantatur in Februario, id est Hornung/in ea non crescunt vermes.

VLTIMA.

De secretis in vino.

Accipe vinum & pone illud in vitrũ coopertum in hyeme in niuem & mitte stare per noctem vt fiat glacies & fac foramen per glaciem vsque ad centrum vitri & inuenies ibi vinum rubeum non coagulatũ, & non congelabitur. Et illa est vera quinta essentia vini.

Ad faciendam camphoram.

Recipe Masticis ℔.j aceti ℔ j Misceantur & ponantur in vitrũ sub fimo tribus diebus. post ad solẽ, vt coaguletur & fit camphura.

De veneno nota empyricum.

Recipe Moschum Alexand. & in oleo fac eum bene bullire & bibe oleum, dein comede serpentes, & tibi nihil nocent, & sic faciũt Empirici, qui vendunt theriacam & volunt eam probare.

Ad recuperandum l X. virorum fortitudinem, etiamvt sis inuisibilis.

R. vinũ & pone illud in vitrum & perlutetur. ponatur in cumulum formicarũ per totum annum postea inuenies ibi lapidem sub vitro, quem serua & eris inuisibilis.

SCD Lyon 1

Nota ad fortitudinem mirabilia.

Comede vel tecum porta radicem Angelicæ karlinæ & tantũ virtutis lucraberis, quãtum omnes tunc tecum circumſtantes, quia furabitur virtutem, vt ſocij mirentur. Illa radix valet equis & omnibus animalibus.

Contra Epilepſiam.

Qui ſecum portabit in dextra manu viſcũ quercinum, nunquam lædetur à morbo caduco. ſic reuelatum eſt ab Angelo.

Aliud.

Peonia eodem modo eſt experimentum probatum ab Vſſenio.

Recipe croci orientalis, camphuræ ſeminis & rad. peoniæ, raſuræ eboris, ynicornu, rutæ ana. vnc. j. Sacchari candi ad pondus omnium. Comeditur in ouo ſorbili.

De Epilepſia.

Oleum vitrioli eſt ſummum arcanum vel Elixir bibitum & liberat epilepticum 100. annorum contra omnem regulam medicorũ.

Aliud.

Si erit vitium cerebri, phebotometur. vena capitis pòſt paroxiſmum, ſi extremitatũ, ſaphena.

Item.

Succus rutæ & peoniæ naribus iniectus facit eos ſurgere.

Item

SCD Lyon 1

Item nota.

Sternutatio non prouocabitur in vitio cerebri, ne suffocetur.

Aliud.

Recipe Opopanacis, Castorei, Sanguinis draconis, Antimonij ana. Terantur, & in pilulas fomentur, vel quomodo vult.

Item.

Coriandrum valet in cibo. Epar asini idem ieiuno stomacho. Vngula asini combusta ʒ.ij.valet. Pentaphyllon in potu data 30.diebus miro modo valet. Fel testudinis naribus instilletur, miro modo valet. Semen & radix Peoniæ comesta vel suspensa valet. Sanguis testudinis bullitus cum vino valet. Sanguis hominis decollati bibitus valet. Caro porci syluestris comesta valet. Os de corde cerui. Cranium hominis pulueriſatum: sed dabitur cum oxymelle scyllitico.

Descriptio mirabilis, & sunt pilulæ.

Recipe coaguli leporis, & tere ipsum cum succo, & fiant pilulæ, & si vis adde Cinnamomum. Formentur in modum cineris, de quibus da omni die 30.ieiuno stomacho, & videbis mirabile experimentum.

Aliud.

Recipe Aristolochiæ rotundæ ʒ.iij. seminis Peoniæ ʒ j. Pulueriza, & detur omni manè per 9.dies, aut per 10.34. curat antiquum epilepticum.

SCD Lyon 1

De Epilepsia.

Per odorem Ruthæ multi curati sunt. Similiter odore Pyrethri. Succus Coriandri nō permittit odorem ascendere ad caput.

Item.

Lapis Hirundinis absque dubio sanat. c. b. m. portata valent. Ebur bibitū valet, Blanca, Bizantia valet, vel bibita, vel suffumigata: similiter herba Passerina: similiter Pyrethrum suspensum. Puluis de cornu cerui bibitus valet.

Ad Epilepsiam.

Cùm patiens resurgit à paroxysmo, & est in bona ratione, suū inunge occipitium cum rubeo panno, quousque rubescat: dein Castoreo, & valet maximè.

Ad idem.

Valeriana distillata, & hæc aqua bibita, valet.

Ad Memoriam.

Oleum laterinum vel Philosophorum, & est verum.

De Serpente.

Quicunque serpentis cutem habet, vt tangat, iudicium non perdit: amabitur ab hominibus: inimici eius sibi non nocent. Puluerisatur in Augusto, quando Sol est in Leone. Item quando dormienti ponitur super pectus, reuelabit quodcunque vis. Item quod tibi somniauit de nocte, verum est, si saltem veritatem scire cupis.

Calcina

SCD Lyon 1

Calcinatio oßium humanorum, vel animalium, vel piſcium.

Ponantur in tigillum vel ollam, & perlutentur: dein ponantur in ignem, & conuertitur in nigredinem, & dein in albedinem.

Modus olei Vitrioli.

Recipe Vitriolum & diſtilla ipſum per alembicum per 3. dies & noctes, fortiſsimo igne: quo facto, ſuperfundatur fæcibus puluerisatis, & rediſtilletur 24. horas igne fortiſsimo: pòſt fæces depone, & aquam diſtilla per balneum, & phlegma abſtrahatur, & remanebit oleum in fundo. Sed nota, quòd bis vel ter per retortū debet diſtillari, & factum eſt. Hoc oleum datur in conſerua Roſarum, Zinzibere condito, vel in elect. de Gemmis.

De Perlis.

Si calcinentur in puluerem, tum calx cum albumine oui conficitur in margaritas magnas ad placitum.

Nota Sulphur.

Recipe Sulphuris ſubl. ℔. j. Croci boni ʒ. j. Fiat puluis. Detur ʒ. j. In peſte miro modo prodeſt. Item leproſos ſeruat, & puſtuloſos curat, & aſthmaticos curat, ſublimetur ſemel vel bis à ſale communi. Iunioribus verò detur ʒ. s. in aceto forti, & prouocat ſudorem, & expellit peſtem.

Nota de Albumine ouorum.

Albumē ouorū figit ſpiritus. Sulph. ſubli

mare ad medicinam. Recipe eius, & puluerizа, & ſublima tribus vicibus cum Alumine & Vitriolo, & Sale communi.

De virtute olei Tartari.

Oleum ex crudo tartaro diſtilletur, bibitúmque ſeu vino ſeu ſpeciali aqua: ſi ita vſurpetur, tum omnia apoſtemata per vrinam miro modo expellit. Sic etiam fertur curare dolorem iuncturarum, & varias infirmitates interiores.

Nota.

Diſtillabis ex Tartaro crudo oleum, valet contra dolorẽ iuncturarum, ſplenis: & conſumit apoſtemata interiora, quòd vrina maximum reddit fœtorem, & eſt collyrium magnum ad oculos.

Balſami ſophiſticatio.

Recipe Succi fol. Citri iij par. Terpentinę j. par. Bulliant vſque ad ſpiſsitudinem, & videbitur perfectiſsimum balſamum.

Oleum panis.

Quòd ſi accipitur fruſtum panis, & ponitur in vitrum in fimum equinum, in 9. aut 14. diebus conuertitur in rubeum, vt portio carnis eſſe videatur, ſic qd' inter manus tuas poteris oleum rubeum exprimere.

Contra dolorem matricis.

Bibergeil pone in vino bono, & fac bullire: poſt bullitionem bibe de quanto calidius potes. iuuat certiſsimè.

In

SCD Lyon 1

In suffocatione matricis.

Gib ein gestossene Hasensprung in vino, sta tim iuuat.

Wenn einer fellt das er vnwissendt ist.

Gib jhm zudrincken morgen vnnd abendts wildt Salbey wasser.

Ad capiendum pisces.

R. seminis Canabi, Cumini & Caseum, pasta illa simul & misce bene cum medulla panis, & spuma mellis, & fac ad modum placentulæ, & coquantur in furno panis, & liga prædictum panem in flumen, & pisces omnes conueniunt,

Ad idem.

Valeriana posita in rete sapore eius omnes conueniunt.

De Stercore.

Prima aqua eius deponit maculas faciei. Vltimum oleum eius quod exit, si accendis, non consumitur in æternum. Dat pondus auro, congregat pisces in aqua omnes, curat dolorem tibiarum.

Ad figuras in silicibus, & sunt lapides magici.

Scribe desuper cum seuo bouino quid cupis, quo facto ponatur in aceto 14. dies, post laua aqua calida, & videbis sculpturã tuam elaboratam in altum mirabiliter.

SCD Lyon 1

Contra inuasionem Luporum.

Recipe Sulphuris frustum vnum, & appone ori tuo, & suffla versus præsentiam luporum, & fugient omnes.

Item.

Sulphur tritum & positum in vrina per aliquot dies, prohibet ingressum, cùm sit positum ante stabulum.

Vt lux ardeat per 60. dies.

Distilla ex sanguine tuo vel stercore tuo oleum, & fac cochiam ex alumine plumoso: post fac ardere, & ardet tandiu quandiu viues. Probatum est.

Contra febres.

Centauream, Absinthium, Marrubium gedört/ pulueristert so du ein feber im magen empfindest/ so nimb sein ein wenig in ein wein auff ein löffel/ vñ fast ein stund darauff/ so purgirt es dich gantz auß.

Item.

Recipe Eichen laub das im Mayen gebrochen würdt/ oder baldt darnach/ vnd macht ein pulfer darauß/ vñ wañ es dir inwendig sey im leib/ darfür gibs dem menschen zu essen/ vnnd es ist gut/ vnd heilet inwendig sehr/ vnnd was gebrechen da seindt/ dafür ist es gutt.

Sulphur ex sanguine.

Laß das blut gestehn das es gestockt vnnd dick werde/ dz wasser das drob steht geuß dar-

SCD Lyon 1

non/durch eine lôcherige pfann/daß es wol ertrieffe/dz gestockt thu in ein glaß/vñ distilliers im andn grad wol vermacht/damit kein dampff herauß geh/mach den helm drauff/ starck vnd fest/dz wasser dz du empfangen hast/thû in ein viol mit eim langen halß/d eng darauff stehet/ ein blinden helm setz drauff/ lutiers/setz ein/di geriers dz es gar truckner zu ein saltz/den stärcke das fewer/ glüe es allzumal/ so sublimiert sich der Sulphur/hangt oben an/den streich zu samen/vnd sublimier jhn noch ein mall. So es drey mall geschicht/so würdt er hoch. Storcken blût Sulphur eingegebenē gifft dringt es auß dem magen. Sulphur sanguinis vil kranckheit wert.

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE LYON UNIVERSITAIRE

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

sc.D Lyon 1

SCD Lyon 1